SYSTEMA IURIS PUBLICI ROMANO-GERMANICI, QUÔ...

Karl Scharschmidt

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 R
13

17

bliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-3.a.26

Digitized by Google

Digitized by Google

C
[redacted] 0057

Digitized by Google

Digitized by Google

SYSTEMA JURIS PUBLICI ROMANO-GERMANICI,

Quô
ſuccinctè

Solida ejus fundamenta, controverſiæ
Leges fundamentales, Acta & Diplomata
aliaq; ad modernam Imperii notitiam
pertinentia tractantur partim
& reſolvuntur.

Operâ & Studio

CAROLI SCHARSCHMIDI,
J. U. DOCTORANDI.

Cui acceſſit Autoris

DISQVISITIO
De
REPUBLICA MONSTROSA
contra
Monzambano ejusq; Aſſeclas.

Francofurti & Lipſiæ,

Sumptibus CHRISTIANI WEIDMANNI.
Anno MDCLXXVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO
DOMINO,
DN. HENRICO, LIB.
BAR. A FRISEN,
Dynaſtæ in Schönfeld / Putzka/
Graupe & Jeſſen/
&c. &c.

SERENISSIMI AC POTENTIS-
SIMI ELECTORIS SAXONIÆ CO-
MITI ET SANCTIORIS STATUS
CONSILII DIRECTORI
EMINENTISSIMO
&c.

PATRONO MAXIMO.

Digitized by Google

PER-ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO,

DN. CAROLO, LIB. BAR. A FRISEN,

Dynaſtæ in Röthau & Kotta, &c. &c.

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ COMITI, CONSILIARIO INTIMO, AC SUPREMI CONSISTORII PRÆSIDI EMINENTISSIMO.

PATRONO MAXIMO.

Digitized by Google

ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO,

DN. VITO LUDOVICO A SECKENDORF,

S. R. I. Lib. Eqviti, in Oberzenna/Meuſelwitz & Modelſtein Toparchæ, &c.

SERENISSIMO ELECTORI SAXONIÆ ET DUCI MAURITIO à CONSILIIS SECRETIORIBUS, CANCELLARIO CITICENSI ET SACRI CONSISTORII PRÆSIDI EMINENTISSIMO, &c.

PATRONO MAXIMO.

Digitized by Google

VIRO
SUMME REVERENDO AC MAGNIFICO
DOMINO
D. MARTINO GEIERO,
THEOLOGO SUMMO,
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ CONCIONATORI AULICO PRIMARIO, EIDEMQ; A SACRIS CONFESSIONIBUS, UT ET SUPREMI CONSISTORII ASSESSORI GRAVISSIMO.

PATRONO MAXIME VENERANDO.

Digitized by Google

UT ET

MAGNIFICO AC CONSULTISSIMO

VIRO

DN. D. ADAM. CHRISTOPHOR. JACOBI, JCTO.

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ IN JUDICIO APPELLATION. ET SUPREMO CONSITORIO CONSILIARIO GRAVISSIMO, &c.

PATRONO MAXIME VENERANDO.

Digitized by Google

PER-ILLUSTRES DOMINI, UT ET VIRI MAGNIFICI.

VOS, Patriæ Lumina, primum compello. Utpote Illuſtri Nomini Veſtro pridem deſtinaveram, qvod nunc ſacrum appendo. Et qvibus de Republ. ſcriptum potiùs conſecretur, qvam illis, qvi prudentiſſimi Reipubl. cenſores, Miniſtri primarii. In Illuſtri namqve faſtigio incomparabile FRISIORUM Par immortali dudum enituit gloriâ, ex ſapientiſſimis in publicum conſiliis, patriæq; negotiis maximis. Hinc tanta Virtutis ac Nominis fama. Sed calamum hic non diffundo in panegyrin, ne ſideri in meridiano lucem addere videar. Sedes Aqvilæ ſacriq; penates Imperii pridem FRISIADUM Virtutes honorificis exornarunt elogiis. Ne de exteris dicam, qvibus intra

purpu-

Digitized by Google

purpurum & faſces corona effulget. Et Tua Virtus ac fama, Illuſtris SECKENDORFI, me trahebat, ut ponderoſum Nomen tenui huic inſcriberem; non ut illi gloria, hæc enim ex Teipſo Tibi naſcitur, ſed ſcripto inde compararetur præſidiũ. Vaſtiſſima enim in TE rerum ſcientia, maxima rerum gerendarũ dexteritas & ingentes, qvas ſuſtines, Reipubl. partes, famæ Tuæ campus ampliſſimus. Inſignis verò, qvo literatos proſeqveris, favor mihi argumentum fiduciæ.

Haut omnia, qvæ Jure Publ. continentur, ſeculum ſpirant: Principum circa ſacra poteſtas ejusdem juris & ſummi Imperii pars non exigua, hinc vel argumenti, maximè honoris ratio Tanti Theologi Nomen inter inſignia hujus poſcebat. Ingens enim noſtræ Eccleſiæ Lumen in GEIERO præſens veneratur ætas, venerabitur poſteritas; Hic utpote cùm doctrinâ tum vitâ Aulæ pariter & Reipubl. exemplar prælucidum: Hinc & illa Nominis celebritas. Sed & TIBI, Magni-

ſice JACOBI, animus offert, qvod Virtus Tua admittit, plus licèt mereatur hoc exiguo. Magnus enim Themidis Daduchus pridem exhibuiſti, qvantũ valeat ingenium in ſacris juſtitiæ: Unde honoris Tui gradus ampliſſimi, ad qvos merito virtutis aſſurgebas. VOBIS igitur, ILLUSTRES PATRIÆ PROCERES & VIRI MAGNIFICI, hoc Scriptum Academicum conſecratum volui, non in augumentum ſed velut ſacrarium Veſtri Nominis. Dum & Principum gloria in annalibus ſortitur archivum, qvô illorum memoria poſteris ſervetur. Gratioſo igitur & benivolo indultu admittite, qvod devotè offertur. Principi & Patriæ Deus VOS ſervet, ût Veſtris conſiliis ſervetur pax & ſalus Reipublicæ!

PER-ILLUSTR. VESTR. GENEROS. ET MAGNIF.

Dabam Lipſiæ
d. 27. Mart.
MDCLXXVII.

obſeqvioſiſſim.
CAROLUS SCHARSCHMID,
J. U. L.

Digitized by Google

L. S.

HAut eqvidem neſcio, Benevole Lector, Jus, qvod vocant, publicum hactenus non ab uno perſcriptum. Extant enim ſinuoſa ejus volumina, compendia, Iſagogica, aliaq́; ſcripta particularia, de qvibus alibi dicitur. Nec tamen illis, qvanta demum ſint, hæc addere vereor. Utpote ſextus jam & qvod excurrit, volvitur annus, qvo exotici qvidam Nobiles in Academia Jenenſi à me deſiderabant, vellem ſuccinctè totiùs Juris Publici materias ipſis dictare ad calamum, easq́; pleniori illuſtrare diſcurſu, ut brevitas ſcripti memoriæ retinaculum, cætera deſuper addita judicii eſſent nutrimentum & ulteriori cogitationi relinqveretur materia, occaſio.

Dum igitur eorum deſiderio, qvod vix à ſcopo deflectebat, ſuccedaneis horis operam impenderam, ultra qvinqvaginta elaborata erant & excepta hujus argumenti capita, qvibus abſolvebatur penſum, alterna ſemper vice & hora decurrente ſimul diſcurſu, qvibus omnibus ſemeſtre inſumptum. Ventilatâ poſtmodum pro gradu Diſputatione, iterum ſelecti qvidam Studioſi ejusdem Juris ſolicitabant Collegium, diſcurſu pariter & dictando pertractandum.

Qvô deinceps ſæpiùs iteratô, dictata iſta plurimis hinc inde communicata, tranſcripta, ſed ut ſolet, mendoſè & minùs ad Avthographum. Hinc metuebam, ne, ſin in aliorum manus pervenirent, vel, uti ſcripturientis ſeculi mos eſt, ab alio præcipitentur in lucem, Autor tam corruptè propoſuiſſe fingatur. Qvippe hominum cenſura plerumq; in deterius maximè eorum, qvi temporis prærogativâ qvandam ſui impreſſionem præoccuparunt, eò com-

communiter ſoliciti, ut poſteritas tantùm in ipſorum ſepulchris aliqvando qværat & deploret ſapientiam, qvaſi poſt Catonem nullus ampliùs Stoicus.

Eaqve non exigua cauſa hujus ſcripti multis locis aucti & in lucem producti, ne de aliis dixerim. Qvorundam enim Compendia omnium voto minùs reſpondent, vel qvòd nimis generalia & imperfecta ſint, nec adeò differant à Politica; vel qvòd plus ex antiqvo habeant, ad modernum Imperii jus & Statum vix ſatis temperata, utpote ante Inſtrumentum Pac. Oſnab. & recentiores Capitulationes edita. Qvamvis nec in hoc ſyſtemate omnes, qvas propoſui, materiæ ad fibras & ultimam usq; fibulam deductæ: ſic enim facilè ſubnaſci poterat volumen. In ſingulis ſat ſit data diſſerendi occaſio; qvippe non una ratio brevitatis.

In hoc tamen ſyſtemate, qvantum licuit, pleraqve ad præſentem Imperii ſtatum & formam diſpoſita, niſi qvòd materiæ qvædam non niſi ex antiqvo

qvà

qvà originem & alia deducendæ fuerint. Non raró enim moderni cum antiqvo comparatio vel nexus. Sed in aliis non aliorum ſemper ſectari lubuit opinionem. Hoc ferè pedantarium, eandem ſemper iterare cantilenam, qvaſi in aliorum verba ſit juratum, ne cui aliter ſentire liceat. Præſertim qvód hodiè promiſcuè ſcribunt & judicant de Republ. modò philoſophiam moralem habeant cognitam, qvaſi hæc ſufficiat ad taxandum Reipubl. individuum.

Hinc Scholaſtica illa de Republ. & partibus ejus qvorundam cenſura, qvi non raró hæſitant in aliis, qvæ huc ampliùs pertinent, principiis, utpote Juris Civilis, Feudalis &c. unde dum de Jure Imperatoris in Imperio judicant præſertim qvà Judicium Aulicum Cæſareum, unum idemq; putant, ordinarium & compromiſſarium judicem, id qvod jejunum & erroneum: Ille enim in invitos & ju-

re

re ſuo; hic verò in volentes & ex partium arbitrio eſt judex.

Et tamen iniqvè ferunt, dum ita exploditur illorum cenſura, qvaſi illis ſolis competat facultas & prudentia determinandi tales controverſias, dum fortè philoſophiam practicam tractant, qvæ tamen ſola exigua tantùm pars eſt in hoc rerum genere & cognoſcendo Reipubl. individuo, qvo pacto illud ſe habeat in toto & partibus, qvinam ſit nexus moralis capitis & membrorum, qva ratione ſe habeat ſummum imperium ejusqve partes ſ. jura Majeſtatis, an uni ſoli, an pluribus ſimul & qvâ proportione competant, qvo pacto tractentur ſumma Imperii negotia, & qvantum qvisq; Statuum in reſpectu ad ſingulos, vel ad Collegia, vel ad Cæſarem contribuat, ut legitimum prodeat decretum, & qvæ ſunt plura alia, de qvibus nec Ariſtotel. nec alterius Politica docet, ſed tamen ex iſtis interius petendum eſt judicium.

Qvi-

Qvibus neglectis neceſſum eſt, oriantur maximè exterorum tàm varia judicia, qvaſi in antro Platonis hìc Philoſophori liceat. Qvod malum augent ſemicocta iſta hodiè Studia, dum plurimi putant ſufficere, modò qvis ex gloſſis Bartoli textum & caſum reſolvere poſſit. Sed hæc relinqvo aliorum maturo non muſtaceo judicio.

J. J.

Digitized by Google

J. J.

CAP. I.

De
Jure Publicô in genere, ejus Definitione, naturâ, præſtantiâ & diſcendi ratione.

Membrum I.

I.

JUs Publicum in genere *eſt prudentia* de Republ. in individuo agens.

(Jus Publ. accipitur materialiter & formaliter, & pro diverſitate reſpectus, definitio formatur. H. l. formaliter, qvoad definitionem & alia conſideratur.

(Exponebatur latius.)

Vel eſt habitus practicus, actiones morales applicans ad leges publicas, qvas vocant fundamentales, ut inde eveniat bonum Reipubl.

§. 1. De *nomine Jur. Publ.* an benè ſe habeat, disqviſitum, præſertim qvòd non omnibus probetur. *Conf. Bœcler. Notit. Imp. L. 1. c. 1.*

§. 2. Hinc diverſo titulo alii ſua producunt, v. c. *de Jurisdictione Romani Imperii*, it. *de Regimine ſeculari & Eccleſiaſtico &c.* qvi an melius inſcripſerint, dictum; ut & de titulo *Notitiæ*, qvem habent,

habent, *Gvido Pancirola, Limnæus, Bœcler. Joh. Ferdinan. Behamb, alii.*

(De ſingulis plura in diſcurſu.)

II. Prudentia dicitur.

Eſt enim Diſciplina practica Reipubl. applicans, qvicqvid vel noviter conſtituendo, vel confirmando aut corrigendo, eidem perſpexerit proficuum & juſtum.

III. Agit de Republ. in individuo vel concretô, ſ. de hoc vel illo Reipubl. ſubjecto.

(Hoc deducebatur per exempla.)

§. 1. Hinc differt (1.) à Politica, qvæ Rempubl. abſtractè h. e. à ſuô ſubjecto præciſam tractat, qvid & qvotuplex ſit, in genere & ſpecie oſtendens.

§. 2. Vel, ut alii diſtingvunt, materialiter Jus Publicum & Politica conveniunt, formaliter verò diſcrepant; Politica format Rempubl. genericam ejus ſpecificamq; formam exhibens, qvidq; eandem conſervet vel corrumpat, generaliter docet.

§. 3. Jus Publ. à Politica ſic formatam Rempubl. magis velut efformat, huic vel illi ſuppoſito, pro genio ejus, formam legibus publicis determinatam inducens, obſervatis individui circumſtantiis, ut conſervetur in totô & partibus.

§. 4. Ex his pateſcit, Politicam terminos agnoſcere & ignorare, diverſo modo.

(Dictum de hoc.)

§. 5. Diſputatum h. l. contra illos, qvi ex politicis

oliticis principiis de individuô Reipubl. judicant, qva ſingularia, v. c. de Camera Spirenſ. &c.

§. 6. Hinc occaſio dicendi, qvòd alii affectent vel rectiùs confundant hoc Studium cum doctrinâ Politicâ.

IV. Differt (2.) à Jure Privato objectivè.

Jus Publ. intendit ſalutem Reipubl. actiones morales immediatè eô dirigens. Jus Privatum verò pro objecto habet negotia vel res & bonum privatorum, circa qvæ directò & principaliter in ſocietate civili agit, qvamvis conſeqventer in eodem cum Jure Publ. ſcopô ſubſiſtat.

V. Differt (3.) Hiſtoria Juris Publ. ab ipſo Jure Publ. Illa enim refert, qvid publicè factum ſit; hoc an rectè factum, diſcernit.

(Qværebatur hoc loco, in qvantum ex hiſtoriâ Jus Publ. peti poſſit?)

Membrum II.

VI. Differunt (4.) Jus Publ. & Status Ratio.

Illud reſpicit hujus vel illius Reipubl. ſ. individui generalia tàm in corpore integro, qvàm ejus partibus. Hæc progreditur magis ad ſingularia præſentesqve Reipubl. circumſtantias, ubiqve & ſemper curioſa, qvid hìc vel illic Reipubl. prodeſſe aut nocere poſſit. Illud firmiùs durat, hæc magis variat.

§. 1. Eſtq; Status Ratio (1.) reginimis vel introducendi vel conſervandi; utrinqve diversô modô agens. (2.) vel intrinſeca, qvæ in ſuam

maximè Rempubl.; vel extrinſeca, qvæ ad vicinos & exteros ſagaces oculos vertit.

VII. Differt (5.) Jus Publ. modernum ab antiqvo.

§. 1. Dictum de hoc, & ubi antiqvum J. P. deprehendatur.

(Inqvirebatur, in differentiam Jur. Publ. & Not. Imper.)

VIII. Cujusq; utplurimum diſciplinæ præſtantia, pendet ab objecto, qvôd, ſi ullibi, certè hîc ſat illuſtre fuerit, unde & ejus *Diſciplina:* Summas enim Reipubl. partes complectitur de Principum jure diſponens in individuo; hinc intra faſces conſpicua.

§. 1. De hoc ſtudio an & qvam difficultatem habeat, qvædam addita.

§. 2. De modô, qvô hujus ſtudii diſciplina tractatur ab aliis, in diſcurſu dictum.

IX. Diſcitur J. P. commodè ex fundamentalibus & publicis cujusvis Reipubl. legibus, harumq; Interpretibus. qvos vocant Publiciſtas.

(Adminicula, qvæ hûc potiſſimum faciunt, *c. 2.* exhibentur.)

§. 1. Qvàm benè Hiſtoria & Politica dicantur domeſtica hujus Studii principia & ſummæ velut propoſitiones, h. l. contra *Bœcler. Notit. Imper. L. 1. c. 4.* diſqviſitum. Qvorſum enim leges fundamentales Imperii pertinerent? v. g. *Aur. Bull. Receſſ. Imper. Capitulation. Inſtr. Pac. &c.*

§. 2. Qvæſt. I. An in Academiis Juris Publ.

bl. ſtudium debeat excoli? R. Affirm. certô
odô.

Q. II. An illi, qvi in foro civili verſari cu-
t, prætermittendum? R. Negando. Rationes
l. adductæ.

CAP. II.

De
ure Publico in ſpecie, ſc. de Romano-Germanico, ejus nomine, Periodis, Autoribus & ſtudio.

MEMBRUM I.

I.

TOt Juris Publ. ſunt Species, qvot Reſpubl. Singulæ enim ſuas formas, jura publica & rationem ſtatus agnoſcunt, nec communi æſtimantur regulâ.

§. 1. Hac occaſione qvid dictum de diſcernendo cujusvis Reipubl. genio.

II. Obvia nobis eſt Reſpubl. Romano-Germanica, hinc & Juris Publ. ſpecies, qvæ à ſubjecto dicitur, non tamen ſine ſcrupulo.

§. 1. Romanum Imperium ab Auguſto formatum in Auguſtulo extinctum referunt. *Conf. Paul. Diacon. Eutrop. continuat. L. XVI.* Minùs inde congruum putant, ponere titulum, re pridem ſublatâ.

§. 2. Vel dentur veteris Roman. Monarchiæ rudera Carolo M. ſubacta. Parùm prudenter tamen

tamen victorem victi populi præponere nomen, qvod Germaniæ profuit, nocuit.

§. 3. Cauſa verò hujus denominationis non fuit, ac ſi Germania Romano Imperio fuerit ſubacta, aut ab ipſo ceu potiori nomen hauſerit.

(Hâc occaſione dictum, (1.) qvousq; Romanorum arma in Germania pervenerint. (2.) de variis gentibus maximè Longobardis Italiam occupantibus, unde Regnum Longobardicum, qvod deſtructum à Carolo M.)

§. 4. Vera ratio, qvare Imperium noſtrum vocatur Romanum, petitur ex priſtina Romani nominis gloriâ & jure in Carol. M. translatô.

§. 5. Hòc locô propoſitâ (1.) Qvæſtio de translatione Imperii in Carol. M. an rectè Pontifici ac *S. P. Q. R.* imputetur, an potiùs aliò jure ad Carol. M. venerit? Ambiguum in hoc ſcriptorum judicium; dum ex nuda hiſtoria non petitur.

(De hoc pleniùs dicebatur ex adæqvatis fundamentis ſ. juribus Carol. M.)

§. 6. (2) Diſqviſitum, an hodiè Imp. Germ. jure vocari poſſit Romanum? Affirm. ob retentam civilem poſſeſſionem aliaqve in diſcurſu adducta.

§. 7. Titulus Imper. Roman. à German. eſt diſcernendus; uti à Maximilian. I. prudenter factum. Hinc curialia iſta: Wir Maximilian, von Gottes Gnaden erwehlter Römiſcher Käyſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien &c. König. R. I. 1512.

III.

[I]II. In qvonam hodiè conſiſtat utilitas hujus [J]ali? R. in *tribus* potiſſimùm, qvæ in diſcurſu la[t]is expoſita, ubi & de Prærogativa Imperii. Præ[te]rea, licèt Pontifex in eâ, qvam poſſidet, vel aliis [in] feudum concedit, Italiæ parte nullum re[c]ognoſcere velit, ſunt tamen, qvi ſua ut Imperii [fe]uda recipiant. *De qvibus infrà.*

§. 1. Hâc occaſione fuit adductum, qvibus [m]ediis Pontificum in Italia crevit poteſtas, qvan[tu]m hûc fecerint Anti-Cæſarum in Imperio diſſi[d]ia, expeditiones orientales, & alia. Ità poten[t]iores facti Pontifices electionem ſui ac confirma[t]ionem extorſerunt Imperatoribus, ſub horum [n]aufragâ autoritate.

§. 2. De contrariis Cæſarum ac Pontificum ſtudiis & qvo pacto hi Epiſcoporum inveſtituram ſibi vindicarunt, infrà dictum.

Membrum II.

IV. Non una noſtri Juris eſt periodus.

Qvot enim ab antiqvo usq; Romanorum ſtatu revolutiones paſſa eſt Respubl. noſtra, tot & ejus Jus Publ. Antiqva igitur in qvantum præſentibus lucem præferunt, hic minùs negligenda.

§. 1. In Carolo M. Ottone I. Ottone III. Henrico IV. Friderico II. Rudolpho I. Carolo V. & Ferdinand. II. Imperii & Juris noſtri revolutiones deprehendas ac ſolenniores periodos.

(Dictum de his.)

§. 2. Qværitur, à qvâ periodo incipiat modernum J. P.? Deducunt alii à Carolo M.

 vel

Digitized by Google

vel ab Ottone M. à tempore Aur.Bull. vel primordio Capitulationum alii, *v. Bœclerum. Notit. S. R. J. L. 1. c. 4. 6.*

(Pleniùs de hoc in diſcurſu.)

V. Autores Juris Publ. varii generis.

§. 1. Ad illos pertinent Chronologi qvidam v. g. *Eginhard. Annal. Carol. Magn. Lehmannus Chronic. Spirenſ.* & miſcellanei rerum Germaniæ Scriptores qvos in volumina collegerunt *Schardius, Reuberus, Urſtiſius &c.*

§. 2. Sunt alii vel Iſagogici aut Syſtematici. Iſagogici non unô modô dicuntur. De qvibus in diſcurſu, ubi & exempla.

§. 3. Syſtematici triplicis potiſſimùm generis; qvidam in compendio tractant Jus Publ. alii pauló pleniùs, reliqvi diffundunt in volumina.

§. 4. Dictum de ſingulis maximè de *Becker. Sprenger. Dan. Otton. Lampadio, it. de Pauermeiſter. Reinking & Faſciculo Juris Publ. ejusq; Autore it. de Sinold. aliàs Schuz. Arumæo & Limnæo.*

§. 5. Sunt vel ſingulares vel ſubſidiarii.

Illi plures & varii. Alii ad *Auream Bullam* ſcripſerunt notas; alii ad *Capitulationes Cæſareas,* it. ad *Inſtrument. Pac.* ad *Receſs. Imper.* Qvidam de *Electoribus,* it. de *Archicancellar. & Cancellar. Imper.*

§. 6. Nonnulli de *Statibus Imperii,* it. de *Jure territorii.* Alii de *Comitiis Imper.* it. de *Regalibus,* it. de *Reſervatis Imperator.* Qvidam de *Civitatibus Imperii Liber.* it. de *Rebus publ. Hanſeatic.*

(De ſingulis adducti ſcriptores.)

Membrum

MEMBRUM III.

§. 7. Subſidiarii ſunt Autores, qvi Lexica, Obſervationes, alia hujus generis conſcribunt v. g. *Beſoldus, Wehnerus, &c.*

§. 8. Hùc & referuntur Geographi, Juris Civilis, Feudalis & Canonici Interpretes. Non enim nulla Juris Publ. inde petuntur ſubſidia, maximè in controverſiis.

§. 9. Hinc minùs difficulter R. ad Qvæſtionem. An Jus Civil. Feudal. &c. in hoc ſtudiô ſit neceſſarium?

§. 10. Doctrina Politic. & cultiores literæ hìc pariter faciunt partes, maximè Hiſtoria Univerſalis & particularis.

VI. Præſertim tamen particularis illius Reipub. cujus Statum & Jus Publ. qvis ex penitiori noſſe cupit.

§. 1. Hiſtoria Imperii Germanici potiſſimùm continetur in illis voluminibus, qvæ édiderunt *Schardius, Urſtiſius, Piſtorius, Freherus, Reuberus.*

Hùc accedunt *Goldaſti, Hortlederi & Lundorp.* acta Imperialia, ut & Sleidani ſcripta.

Item *Theatrum & Diarium Europæum,* certô modô, ut dictum.

§. 2. Item ſcriptores, à Pithæo editi, ut & alii plures miſcellanei partim aut certi tantùm temporis Hiſtorici. v. g. *Lambert. Schafnabrugens.*

§. 3. Hìc & locum merentur, qvi hiſtoriam Auguſtam vel omnium vel qvorundam Cæſarum ſcripſerunt.

Digitized by Google

Qvibus neglectis neceſſum eſt, oriantur maximè exterorum tàm varia judicia, qvaſi in antro Platonis hìc Philoſophori liceat. Qvod malum augent ſemicocta iſta hodiè Studia, dum plurimi putant ſufficere, modò qvis ex gloſſis Bartoli textum & caſum reſolvere poſſit. Sed hæc relinqvo aliorum maturo non muſtaceo judicio.

J. J.

Digitized by Google

J. J.

CAP. I.

De
ure Publicô in genere, ejus Definitione, naturâ, præſtantiâ & diſcendi ratione.

Membrum I.

I.

JUs Publicum in genere *eſt prudentia* de Republ. in individuo agens.

(Jus Publ. accipitur materialiter & formaliter, & pro diverſitate reſpectus, definitio formatur. H. l. formaliter, qvoad definitionem & alia conſideratur.

(Exponebatur latius.)

Vel eſt habitus practicus, actiones morales applicans ad leges publicas, qvas vocant fundamentales, ut inde eveniat bonum Reipubl.

§. 1. De *nomine Jur. Publ.* an benè ſe habeat, disqviſitum, præſertim qvòd non omnibus probetur. *Conf. Bœcler. Notit. Imp. L. 1. c. 1.*

§. 2. Hinc diverſo titulo alii ſua producunt, v. c. *de Jurisdictione Romani Imperii*, it. *de Regimine ſeculari & Eccleſiaſtico &c.* qvi an melius inſcripſerint, dictum; ut & de titulo *Notitiæ*, qvem

habent,

habent, *Gvido Pancirola*, *Limnæus*, *Bœcler*. *Joh. Ferdinan. Behamb*, *alii*.

(De ſingulis plura in diſcurſu.)

II. Prudentia dicitur.

Eſt enim Diſciplina practica Reipubl. applicans, qvicqvid vel noviter conſtituendo, vel confirmando aut corrigendo, eidem perſpexerit proficuum & juſtum.

III. Agit de Republ. in individuo vel concretô, ſ. de hoc vel illo Reipubl. ſubjecto.

(Hoc deducebatur per exempla.)

§. 1. Hinc differt (1.) à Politica, qvæ Rempubl. abſtractè h. e. à ſuô ſubjecto præciſam tractat, qvid & qvotuplex ſit, in genere & ſpecie oſtendens.

§. 2. Vel, ut alii diſtingvunt, materialiter Jus Publicum & Politica conveniunt, formaliter verò diſcrepant; Politica format Rempubl. genericam ejus ſpecificamq; formam exhibens, qvidq; eandem conſervet vel corrumpat, generaliter docet.

§. 3. Jus Publ. à Politica ſic formatam Rempubl. magis velut efformat, huic vel illi ſuppoſito, pro genio ejus, formam legibus publicis determinatam inducens, obſervatis individui circumſtantiis, ut conſervetur in totô & partibus.

§. 4. Ex his pateſcit, Politicam terminos agnoſcere & ignorare, diverſo modo.

(Dictum de hoc.)

§. 5. Diſputatum h. l. contra illos, qvi ex

politicis

-liticis principiis de individuô Reipubl. judi-
ant, qva ſingularia, v. c. de Camera Spirenſ. &c.

§. 6. Hinc occaſio dicendi, qvòd alii affe-
tent vel rectiùs confundant hoc Studium cum
octrinâ Politicâ.

IV. Differt (2.) à Jure Privato objectivè.

Jus Publ. intendit ſalutem Reipubl. actiones
morales immediatè eô dirigens. Jus Privatum
verò pro objecto habet negotia vel res & bonum
privatorum, circa qvæ directò & principaliter in
ſocietate civili agit, qvamvis conſeqventer in eo-
dem cum Jure Publ. ſcopô ſubſiſtat.

V. Differt (3.) Hiſtoria Juris Publ. ab ipſo Jure
Publ. Illa enim refert, qvid publicè factum ſit;
hoc an rectè factum, diſcernit.

(Qværebatur hoc loco, in qvantum ex hiſto-
riâ Jus Publ. peti poſſit?)

Membrum II.

VI. Differunt (4.) Jus Publ. & Status Ratio.

Illud reſpicit hujus vel illius Reipubl. ſ. indi-
vidui generalia tàm in corpore integro, qvàm ejus
partibus. Hæc progreditur magis ad ſingularia
præſentesqve Reipubl. circumſtantias, ubiqve &
ſemper curioſa, qvid hìc vel illic Reipubl. prodeſ-
ſe aut nocere poſſit. Illud firmiùs durat, hæc
magis variat.

§. 1. Eſtq́; Status Ratio (1.) regiminis vel
introducendi vel conſervandi; utrinqve diverſô
modô agens. (2.) vel intrinſeca, qvæ in ſuam

maximè Rempubl.; vel extrinſeca, qvæ ad vicinos & exteros ſagaces oculos vertit.

VII. Differt (5.) Jus Publ. modernum ab antiqvo.

§. 1. Dictum de hoc, & ubi antiqvum J. P. deprehendatur.

(Inqvirebatur, in differentiam Jur. Publ. & Not. Imper.)

VIII. Cujusq; utplurimum diſciplinæ præſtantia, pendet ab objecto, qvôd, ſi ullibi, certè hîc ſat illuſtre fuerit, unde & ejus *Diſciplina:* Summas enim Reipubl. partes complectitur de Principum jure diſponens in individuo; hinc intra faſces conſpicua.

§. 1. De hoc ſtudio an & qvam difficultatem habeat, qvædam addita.

§. 2. De modô, qvô hujus ſtudii diſciplina tractatur ab aliis, in diſcurſu dictum.

IX. Diſcitur J. P. commodè ex fundamentalibus & publicis cujusvis Reipubl. legibus, harumq; Interpretibus. qvos vocant Publiciſtas.

(Adminicula, qvæ hûc potiſſimum faciunt, *c. 2.* exhibentur.)

§. 1. Qvàm benè Hiſtoria & Politica dicantur domeſtica hujus Studii principia & ſummæ velut propoſitiones, h. l. contra *Bœcler. Notit. Imper. L. 1. c. 4.* diſqviſitum. Qvorſum enim leges fundamentales Imperii pertinerent? v. g. *Aur. Bull. Receſs. Imper. Capitulation. Inſtr. Pac. &c.*

§. 2. Qvæſt. I. An in Academiis Juris Publ

ol. ſtudium debeat excoli ? R. Affirm. certô
ndô.

Q. II. An illi, qvi in foro civili verſari cu-
, prætermittendum ? R. Negando. Rationes
l. adductæ.

CAP. II.

De
ıre Publico in ſpecie, ſc. de Romano-Germanico, ejus nomine, Periodis, Autoribus & ſtudio.

MEMBRUM I.

I.

TOt Juris Publ. ſunt Species, qvot Respubl. Singulæ enim ſuas formas, jura publica & rationem ſtatus agnoſcunt, nec communi æſtimantur regulâ.

§. 1. Hac occaſione qvid dictum de diſcernendo cujusvis Reipubl. genio.

II. Obvia nobis eſt Respubl. Romano-Germanica, hinc & Juris Publ. ſpecies, qvæ à ſubjecto dicitur, non tamen ſine ſcrupulo.

§. 1. Romanum Imperium ab Auguſto formatum in Auguſtulo extinctum referunt. *Conf. Paul. Diacon. Eutrop. continuat. L. XVI.* Minùs inde congruum putant, ponere titulum, re pridem ſublatâ.

§. 2. Vel dentur veteris Roman. Monarchiæ rudera Carolo M. ſubacta. Parùm prudenter tamen

Digitized by Google

tamen victorem victi populi præponere nomen, qvod Germaniæ profuit, nocuit.

§. 3. Cauſa verò hujus denominationis non fuit, ac ſi Germania Romano Imperio fuerit ſubacta, aut ab ipſo ceu potiori nomen hauſerit.

(Hâc occaſione dictum, (1.) qvousq; Romanorum arma in Germania pervenerint. (2.) de variis gentibus maximè Longobardis Italiam occupantibus, unde Regnum Longobardicum, qvod deſtructum à Carolo M.)

§. 4. Vera ratio, qvare Imperium noſtrum vocatur Romanum, petitur ex priſtina Romani nominis gloriâ & jure in Carol. M. translatô.

§. 5. Hòc locô propoſitâ (1.) Qvæſtio de translatione Imperii in Carol. M. an rectè Pontifici ac *S. P. Q. R.* imputetur, an potiùs aliò jure ad Carol. M. venerit? Ambiguum in hoc ſcriptorum judicium; dum ex nuda hiſtoria non petitur.

(De hoc pleniùs dicebatur ex adæqvatis fundamentis ſ. juribus Carol. M.)

§. 6. (2) Diſqviſitum, an hodiè Imp. Germ. jure vocari poſſit Romanum? Affirm. ob retentam civilem poſſeſſionem aliaqve in diſcurſu adducta.

§. 7. Titulus Imper. Roman. à German. eſt diſcernendus, uti à Maximilian. I. prudenter factum. Hinc curialia iſta: Wir Maximilian, von Gottes Gnaden erwehlter Römiſcher Käyſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien &c. König. R. I. 1512.

.I. In qvonam hodiè conſiſtat utilitas hujus
i? R. in *tribus* potiſſimùm, qvæ in diſcurſu la-
expoſita, ubi & de Prærogativa Imperii. Præ-
a, licèt Pontifex in eâ, qvam poſſidet, vel aliis
ſeudum concedit, Italiæ parte nullum re-
ıoſcere velit, ſunt tamen, qvi ſua ut Imperii
a recipiant. *De qvibus infrà.*

§. 1. Hâc occaſione fuit adductum, qvibus
iis Pontificum in Italia crevit poteſtas, qvan-
hûc fecerint Anti-Cæſarum in Imperio diffi-
expeditiones orientales, & alia. Ità poten-
:s facti Pontifices electionem ſui ac confirma-
em extorſerunt Imperatoribus, ſub horum
fragâ autoritate.

§. 2. De contrariis Cæſarum ac Pontifi-
ı ſtudiis & qvo pacto hi Epiſcoporum inveſti-
m ſibi vindicarunt, infrà dictum.

Membrum II.

V. Non una noſtri Juris eſt periodus.

Qvot enim ab antiqvo usq; Romanorum ſta-
:volutiones paſſa eſt Respubl. noſtra, tot &
Jus Publ. Antiqva igitur in qvantum præ-
ibus lucem præferunt, hic minùs negligenda.

§. 1. In Carolo M. Ottone I. Ottone III.
ırico IV. Friderico II. Rudolpho I. Carolo V.
erdinand. II. Imperii & Juris noſtri revolutio-
deprehendas ac ſolenniores periodos.

(Dictum de his.)

§. 2. Qværitur, à qvâ periodo incipiat
dernum J. P.? Deducunt alii à Carolo M.

 vel

Digitized by Google

vel ab Ottone M. à tempore Aur.Bull. vel primordio Capitulationum alii, *v. Bœclerum. Notit. S. R. J. L. 1. c. 4. 6.*

(Pleniùs de hoc in diſcurſu.)

V. Autores Juris Publ. varii generis.

§. 1. Ad illos pertinent Chronologi qvidam v. g. *Eginhard. Annal. Carol. Magn. Lehmannus Chronic. Spirenſ.* & miſcellanei rerum Germaniæ Scriptores qvos in volumina collegerunt *Schardius, Reuberus, Urſtiſius &c.*

§. 2. Sunt alii vel Iſagogici aut Syſtematici. Iſagogici non unô modô dicuntur. De qvibus in diſcurſu, ubi & exempla.

§. 3. Syſtematici triplicis potiſſimùm generis; qvidam in compendio tractant Jus Publ. alii paulò pleniùs, reliqvi diffundunt in volumina.

§. 4. Dictum de ſingulis maximè de *Becker. Sprenger. Dan. Otton. Lampadio, it. de Pauermeiſter. Reinking & Faſciculo Juris Publ. ejusq; Autore it. de Sinold. aliàs Schuz. Arumæo & Limnæo.*

§. 5. Sunt vel ſingulares vel ſubſidiarii.

Illi plures & varii. Alii ad *Auream Bullam* ſcripſerunt notas; alii ad *Capitulationes Cæſareas*, it. ad *Inſtrument. Pac.* ad *Receß. Imper.* Qvidam de *Electoribus*, it. de *Archicancellar. & Cancellar. Imper.*

§. 6. Nonnulli de *Statibus Imperii*, it. de *Jure territorii.* Alii de *Comitiis Imper.* it. de *Regalibus*, it. de *Reſervatis Imperator.* Qvidam de *Civitatibus Imperii Liber.* it. de *Rebus publ. Hanſeatic.*

(De ſingulis adducti ſcriptores.)

Membrum

Digitized by Google

MEMBRUM III.

§. 7. Subſidiarii ſunt Autores, qvi Lexica,)bſervationes, alia hujus generis conſcribunt . g. *Beſoldus, Wehnerus, &c.*

§. 8. Hùc & referuntur Geographi, Juris Civilis, Feudalis & Canonici Interpretes. Non nim nulla Juris Publ. inde petuntur ſubſidia, ma:imè in controverſiis.

§. 9. Hinc minùs difficulter R. ad Qvæſtionem. An Jus Civil. Feudal. &c. in hoc ſtudiô ſit neceſſarium?

§. 10. Doctrina Politic. & cultiores literæ hìc pariter faciunt partes, maximè Hiſtoria Univerſalis & particularis.

VI. Præſertim tamen particularis illius Reipub. cujus Statum & Jus Publ. qvis ex penitiori noſſe cupit.

§. 1. Hiſtoria Imperii Germanici potiſſimùm continetur in illis voluminibus, qvæ édiderunt *Schardius, Urſtiſius, Piſtorius, Freherus, Reuberus.*

Hùc accedunt *Goldaſti, Hortlederi & Lundorp.* acta Imperialia, ut & Sleidani ſcripta.

Item *Theatrum & Diarium Europæum,* certô modô, ut dictum.

§. 2. Item ſcriptores, à Pithæo editi, ut & alii plures miſcellanei partim aut certi tantùm temporis Hiſtorici. v. g. *Lambert. Schafnabrugens.*

§. 3. Hìc & locum merentur, qvi hiſtoriam Auguſtam vel omnium vel qvorundam Cæſarum ſcripſerunt.

Digitized by Google

V.g. Cuſpinian. Gerhardus de Roo. Eginhardus Otto Friſingenſ. Abbas Urſpergenſis, Zenocarus, Laimormann. plures alii; qvos habet *Bœcl. L.4. c.1. Not. Imp.*

§. 4. Nec levis rerum Germaniæ notitia petitur ex variis Chronicis, qvorum ferè tot ſunt, qvot provinciæ, imò potiores in Germania urbes.

(Enumerabantur *h.l.* plures, maximè qvi alicujus nominis.)

§. 5. Tandem non prætermittenda notitia & hiſtoria reliqvorum Europæ ſtatuum. Sunt enim varia horum ſtudia & reſpectus ad Imperium.

(Nonnulla de hoc.)

§. 6. Hùc adducebantur ſuperioris & hujus ſeculi ſcriptores, qvi pro ratione ſtudii nonnullis ſufficere poſſunt.

CAP. III.

De Juris noſtri Subjecto tam materiali, qvàm formali ejusqve terminorum varietate.

MEMBRUM I.

I.

INtricata & penes Scriptores ambigua de finibus Germaniæ tractatio.

§. I. Ut enim in cœteris mortalium rebus, ſic nec hic poſſeſſio conſtans. Semper in æſtu regna & altiſſima in lubrico.

(Rationes & exempla hôc locô adducebantur.)

II.

II. Delineati hîc fines Germaniæ veteres; rà meridiem, & reliqvas partes in ſitu Geograico; ubi ſe objiciunt Alpes, Rhenus, Viſtula, ceanus ex parte.

(Variant alii.)

§. 1. Qvod autem dicitur, Livoniam, Boſſiam, Poloniam ex parte, Daniam, Norvveiam, Transſylvaniam, Hungariam,&c. ad termios Germaniæ qvondam pertinuiſſe, certô ſenſu ccipiendum, præſertim qvoad Norvvegiam,Daniam, &c. (Dictum de hoc.)

§. 2. In dijudicandis enim finibus benè ſecernendi limites regiminis & limites regionis. Hi pertinent ad Geographicam provinciæ deſcriptionem: Illi ad moralem regiminis notitiam.

(Plenius hæc expoſita exemplis &c.)

III. Decrevit autem Germania in diffuſis iſtis Imperii terminis, qvod facilè patet.

Specialiter agitur de hoc infrà *Cap. IV.*

§. 1. Hôc locò additum, qvousqve fines Germaniæ ſe hodiè porrigant ſitu Geographicô, ubi & de amplitudine Germaniæ.

IV. Corpus noſtræ Germaniæ hactenus delineatione Geographicâ paulò viſum. Nunc & civiliter conſideretur, qvatenus corpus qvoddam morale conſtituit.

§. 1. Germania qvondam non adeò culta more gentium ſimplici vivebat, inculto ſolo, ſylvis & aſpectu horrida, conſtituendæ Reipubl. præceptis parùm cognitis, niſi velis rudem aliqvam

Rerum-

Digitized by Google

Rerumpubl. faciem ponere in ſingulis tum illius populis, qvi numero plures ſeparatim libertatis impetu degebant, nondum unius aſſveti regimini. Tot igitur velut Reſpubl., qvot Germaniæ populi.

§. 2. Hâc occaſione dictum de variis antiqvæ Germaniæ populis, horridis plurimùm & militaribus, hinc formidabile nomen penes exteros.

§. 3. Sed ſparſim ſibi ità tendentes ſerò nimis didicerunt; qvanta vis ſit in unitis viribus, contrà verô omnes tandem cadere, dum ſinguli pugnent.

Sic & Svevorum Vandalorumqve Legati ad Honorium Imperatorem: *Nos nobis confligimus; nobis perimus; Tua erit qvæſtus Reipubl. ſi utriq; ſuccumbimus.*

MEMBRUM II.

V. Tam diſſociatum ergò Germaniæ corpus, ex illo axiomate, haud diu ita poterat ſubſiſtere, licet nec divina providentia ſit excludenda.

§. 1. Deus enim gentium cuſtos & arbiter ſimplicitatem hujus populi cœcosq; Deorum cultus videns, ut ſolet, Carolum M. divino afflatu excitat, immittitq; diſperſæ Germaniæ ad cultiores fidei & vitæ mores flectendæ, cujus demùm auſpiciis in unum corpus coiit, ſuſceptâ fide Chriſtianâ.

§. 2. Saxones gens martialis Carolo faceſſebant negotium, donec poſt varia ſub VVittekindo prælia dubiis armis mitius Caroli prætulerint imperium.

perium. Francos etenim & Saxones cœteris leniùs habuiſſe fertur Carolus.

(De hoc pleniùs dictum per rationes & monumenta hiſtorica. (Diſſentiunt alii.)

§. 3. Qvô tempore VVittekindus, Saxonum ultimus, ut vocant, Rex Ducalem titulum miſſo regio, ſumſiſſe cum Chriſtianâ fide in ſacro baptismate dicitur.

Aliis fides hujus hiſtoriæ ambigua, ut hoc loco expoſitum, ubi de VVittekindo, regiô ejus titulo & aliis. Dictum pariter de *Rolleſink. laudib. Weſtphalor. it. de Bœcleri Wittekind.*

VI. Carolus M. ſubactâ ſic Germaniâ haud leve regiminis retinaculum ponebat in religione, potenti *ut Frider. de Marſelaer in Legat. Diſſert. 29. Lib. 2. vocat*, Reipubl. vinculo, ſecum ponderans, gentis hujus aſpera colla vix meliùs mitigari, qvàm religionis cultu.

§. 1. Hinc in Germania fundavit Epiſcopatus, aliaq; religioſa, conſtitutis ſimul Clericis.

§. 2. Hâc occaſione dicebatur de cultu & liberalitate Caroli M. in cauſas pias: Hinc Eccleſia ſucceſſu temporis aurea numeravit ſecula, Imperio haud leviter noxia.

VII. Improbatur nonnullis hoc bellum ſub velo religionis ad ſubigendam Germaniam à Carol. M. ſuſceptum.

§. 1. Conſtat eqvidem ex Theologis, Moraliſtis & Politicis, violentiâ & armis fidem animis hominum non imponi. *Conf. Grot. J. B. & P. L. 2.*

L. 2. c. 22. n. 14. Hoc autem contra principium egiſſe cenſetur Carolus.

§. 2. Verùm in fatis erat, ut Eccleſiæ navis ad partes orbis ſeptentrionales tandem deferretur; armis igitur in unius Reipubl. harmoniam redigenda prius Germania, qvò faciliùs admitteret religionem Chriſtianam, gentili depoſitâ.

CAP. IV.

De Aqvilâ Germaniæ deplumatâ.

MEMBRUM I.

I.

GErmaniæ corpus moraliter decrevit vel intra ipſos naturales terminos, ità ut Politica ejus facies naturali ſit anguſtior.

§. 1. Illa decrementa fecit vel per exteros vel per Imperii Status, utrumq; Jure vel facto.

II, Jure, Hiſpanus circulum Burgundiæ exemit, ſolâ protectione collectisq; Imperio relictis, ſub certo cenſu in caſum belli Turcici, vi pacti *de A. 1548.*

§. 1. De circulo Burgundico qvas contineat provincias, & qvæ Galli hactenus ibi fuerint molimina, hôc locô additum.

§. 2. Burgundiam Maximilian. I. per matrimonium Mariæ, Caroli audacis ultimi Burgundiæ & ab Helvetiis interfecti Ducis filiæ obtinuit.

§. 3. De Regno Arelatenſi, ejus provinciis, Regis Galliæ in eas prætenſione hujusqve

IV. fun-

. fundamentis & occupatione, latiùs in diſ-
urſu.

§. 4. Sic Ducatum Burgundicum Ludo-
cus XI. Galliæ Tiberius jure belli cnm dicto Ca-
lo geſti, Regno ſuo incorporavit, ſolo Comitatu
urgundiæ Hiſpanici juris manente, ratione cu-
; Rex Hiſpaniæ eſt qvidem ſtatus Imperii, non
nen omnibus oneribus ſubjacet.

§. 5. De Carol. Audac. ejus æmulatione
giâ, bellis & obitu it. de nomine *h. l.* dictum.

III. Rex Galliæ Imperium minuit in circulo
ieni, extrahendo Landgraviatum Alſatiæ, Sunt-
viam, Briſacum & Præfecturas decem Alſatiæ
itatum. *art. 3. Inſtr. Pac. Cæſar. Gall.* ſalvâ tamen
um libertate & ſtatu Imperii, qvæ hactenus
ege turbata, hinc illarum qverelæ in Comitiis.

§. 1. Philipsburgum & pars erat ſatisfa-
onis Gallic. *v. Inſtr. Pac. Cæſar. Gall. d. l.* aſt in-
ſto præſentis belli ſidere amiſſum, & in cœteris
oiam Gallo minatur poſſeſſionem.

§. 2. Præterea ſibi vindicat Rex Galliæ E-
opatum Metenſem, Tullenſem & Verdunen-
ı, ſalvô tamen jure Metropolitano Archiepiſco-
'revirenſis.

§. 3. Referebatur hîc, qvâ occaſione tres
Epiſcopatus ad Regnum Galliæ pervenerint,
:cutô Imperii decreto.

§. 4. Auſtriaci qvidem retinent Landgra-
tûs Alſatiæ titulum, rem poſſidet Rex Galliæ,
prædicta ſatisfactionis loca, ut ſtatus Imperii
non

non agnoſcit, qvod tamen eidem in Oſnabrugenſi conventu oblatum.

(De qvo in utramqve partem rationes adductæ: ut & de Parlamento Enſisheimenſi, ut & decem Alſatiæ Civitatibus, harumq; qverelâ contra Gall. Regem, notata qvædam.)

MEMBRUM II.

IV. Rex Daniæ & Domus Holſatica eximunt Ducatum Slesvvicenſem, qvem Duces Holſatiæ jure ſuperioritatis hactenus poſſederunt, nunc forſan, ut apparet, immutato ſchemate.

V. Tredecim Helvetiæ Cantones ſuis ex Alpibus Aqvilæ Imperialis deturbârunt nidum plumis ſibi ſervatis.

§. 1. Exponebatur *h. l.* qvibus initiis dominationis impatientes ſe vindicârunt in libertatem. Et primò qvidem tres illi Schvviz, Uri & Unter-VValdeni, tempore Alberti I. A. 1308. qvibus & reliqvi ſe unitis poſteà junxerunt viribus; hactenus de facto nunc jure libertatis poſſeſſione donati, ut tamen comiter venerentur imperium.

§. 2. Qvando pro liberâ Republ. declarati; item de curiali ſenſu *Comis obſervantiæ*; item, de potentiâ & formâ Reipubl. Helvetic. & qvàm cruentis bellis empta ſit iſta libertas, latiùs *h. l.* adductum.

VI. Nec ſui ipſorum extractione Helvetii contenti, & alios ut confœderatos vel ſubditos exemerunt.

§. 1. Ut ſunt, (1.) Rheti ſ. Griſones, die Graubün-

raubünder / in tres ſocietates diſtinctos,) Antiqvam den alten Graubund/ (2.) Domum Dei das Gottes-Haus/ (3.) Decem judiciorum die zehen Gerichte.

§. 2. Qværitur an horum in *Inſtrument. Oſnabr.* mentio fiat; & an ſalva Imperio hic tenſio? De his Qvæſtionibus dictum.

§. 3. Item de Rhetiæ metropoli & qvid Epiſcopo Curienſi ſubtraxerunt Griſones.

I. Vallenſes cum Epiſcopo Sedunenſi, qvi & Imperii ſtatus. De Epiſcopo Sedunenſi, hodiè freqventet Imperii Comitia; Item, d Præfectus qvaſi in ſecularibus & Eccleſiaſti- Vallenſium ſit, *h. l.* traditum.

I. Abbatem S. Galli & civitatem ità dictam, ab Epiſcopo, hic autem ab Imperio ſe ſubtrafertur.

(De origine & incrementis iſtius civitatis *h. l.* nonnulla addita.)

. Genevam Sabaudiæ urbem, qvæ per acterem ſtatûs Imperii eluſit Ducis Sabaudiæ enſionem, pòſt Imperium ipſum per fœdus enſe.

(Injiciebantur plura de hâc urbe, ejus prone & æmulis.)

Mulhuſam in Suntgovia & Rothvvilam; um prior negligit, poſterior autem adhuc fretat Comitia Imperii.

. Epiſcopatum Lauſanenſem.

(Dictum & de hoc, à qvibus fuerit exemtus.)

§. 1. Ex his liqvet, qvantum ſit in politicis minimum conceſſiſſe. Alpes enim ab Imperii corpore avulſæ traxerunt ſecum obvia hæc territoria.

CAP. V.

De Reliqvis Aqvilæ plumis ab Exteris vel Statibus extractis.

Membrum I.

§. 1.

NUnc luſtrabimus Exteros qvi injuſtè vel ſine Imperii decreto noſtram expilârunt Aqvilam, ſuntqve nec ſtatus nec membra Imperii.

I. Rex Poloniæ, qvi Boruſſiam, Dantiſcum & Elbingam, civitates qvondam Imperii & circuli Saxoniæ ſuperioris, Ordini Teutonico & Imperio excuſſit; Boruſſia nunc ex parte ad illum, ex parte ad Electorem Brandeburgicum ut abſolutum ſpectante.

§. 1. Livoniam & Polonus ordine crucigerorum extincto ſubduxit ex parte Imperio. Hodiè poſt pacem Svec-Polonic. Olivienſem pars Regem Sveciæ, pars Polonum ſub Duce Curlandiæ recognoſcit.

§. 2. Dictum hoc loco de hiſtoriâ, qvâ occaſione Livonia ab Imperio avulſa; item qvando Rigenſis Archiepiſcopus ultimò comparuit in Comitiis. S. R. I.

II. Con-

II. Confœderati Hollandiæ Status VII. pro-
ıcias Circulo Burgundiæ & conſeqventer Im-
rio extorſerunt, tempore Philipp. II. Regis
ſpan.

§. 1. Dictum de hiſtoria & hujus belli cauſa,
ıvando pro libera Republ. declarati Batavi: it.
e alia loca in præſidium tum occuparunt, &
jure?

§. 2. Hac occaſione & de Campanell.
narchiâ Hiſpan. qvid additum: ut & de inge-
Philipp. Hiſpan. Reg. ejusqve legati de ipſo ju-
um, cùm de acqviſitis, tum amiſſis.

II. Hactenus de Exteris injuſtè vel juſtè vel-
ntibus Imperii Aqvilam.

§. 1. Inter poſteriores & Sveciæ Regnum
itur, qvod in Oſnabrugenſi Pacificatione non
n Aqvilæ plumam in ſatisfactionem, ut ter-
ıs erat, accepit tanqvam Status Imperii, *v. art.
ıſtr. Pac.*

§. 2. Qvæ verò ipſi in immediatum &
etuum feudum conceſſa ſunt (1.) tota citerior
erania cum Inſulâ Rugia, ex ulteriori ve-
tetinum, Garz, Damm, Golnau & inſulam
llin, cum interlabente mari, das friſche Haff/
; oſtiis Peen/ Schvvine & Divenau, cum ad-
ıte terra usqve ad mare Balticum. (2.) Ex
atu Meklenburgico Civitatem & portum
marienſem &c. *v. art. X. Inſtr. Pac.* (3.) Ar-
piſcopatum Bremenſem & Epiſcopatum Ver-
em cum oppido & Præfecturâ VVilshauſen

titulô Ducatus accepit unà cum privilegio de non appellando ut & eligendi fori ac fundandæ Academiæ, Bremenſi tamen urbi ſuâ libertate reſervatâ.

(Sed bello præſenti pleraqve iterum perdita.)

§. 3. Hoc loco dictum de titulis & inſignibus ratione Pomeraniæ inter Domum Regiam Svec. & Brandeburgenſ.

§. 4. Dictum & de Summo Tribunali VViſmariæ Svecico, it. de Civitate Bremenſi qvid inter hanc & Svecos *A. 1654.* & pôſt *1666.* actum.

MEMBRUM II.

IV. Nunc de ipſis Imperii Statibus, qvi ſe invicem eximunt vel cum vel ſine collectandi onere, idq; juſtè vel injuſtè citra decretum Imperii.

§. 1. Sic cum onere extrahunt Archi-Epiſcopus Moguntinus Comitatum Königſtein/ (in qvem prætendunt Comit. Stolberg.) Elector Colonienſis Comitatum Reineck/ (qvem poſſident Domini de VVaarsberg.) Elector Bavariæ Comit. Haag & Mündelheim/ Elector Saxoniæ Comitatum Beuchling.

Elect. Brandeburg. Comitat. Hohenſtein; item cum Duce Palatino-Neoburgic. terras Juliacenſes; Domus Saxonic. Comitatum Barby. Duc. Brunſvic. Comitat. Blanckenburg/ Hoja ꝛc.

(Plura exempla.)

*Sic & Civitates Imperiales extrahunt, v.g. Ulma Comitatum Elſenſtein / Rotvvila Comitatum Zimmern.

§. 2.

§. 2. Sine onere Moguntinus cum Land-
av. Haſſ.Darmſtadin. Dominum Epſtein. Elect.
›lonienſ. Comitat. de Neuenar. Elector Ba-
r. Comitat. de Ortenburg. &c. Elector Bran-
burg. Epiſcop. Libus, Havelberg. Comitat.
ıpin. &c. Dux Saxo-Altenburgic. Abbatiam
ılfeldan. Domus Brunſvic. Abbatiam de Gan-
rsheim. Sunt & familiæ Imperii plures à duo-
s circiter ſeculis emortuæ, qvarum bona vel
n vel ſine cenſu ad alios tranſiere Status. E-
ortuæ familiæ ſunt v. g. Landgrav. Leuchten-
rg. Comit. Henneberg/ Helſenſtein/ Warten-
g/ Lupſen/ Zimmern ꝛc.

§. 3. Hac occaſione plura adducebantur,
& qvænam detrimenta Imperium patiatur in
ſ exemptionibus, qvæ per ipſos Imperii Status
ıt.

CAP. VI.

De
lia, in qvantum adhuc recognoſcat Imperium, qvæ huic prætenſio & reditus.

MEMBRUM I.

I.

Talia qvondam armis Carol. M. aliisq; juribus
Imperio Germanic. vindicata: *Conf. Sup. c. 2.* Tem-
ris poſtmodum tractu, Pontificum artibus par-
ı & aliis amittendi modis, naturali minimùm
iæ poſſeſſione Cæſares Germaniæ excluſi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

§. 1. Inter poſſeſſores Italiæ primum occupat locum Pontifex Rom. qvi titulo potiſſimùm donationis à Cæſaribus factæ nititur, ut & præſcriptione.

§. 2. Iſtæ verô, qvæ huc allegantur, Donationes, ſunt vel Conſtant. M. vel Pipini & Caroli M. Ludovic. I. Otton. I. Otton. III. Ex ævo recentiori, conceſſio Rudolphi I. Alberti, Carol. IV. aliorum: huc refertur & donatio Mathildæ.

§. 3. Examinantur hæ donationes, cùm in qvæſtione juris, tum qvæſtione facti, an & qvomodo, qvo juris effectu factæ fuerint, & an eâ plenitudine, qvâ allegantur à Pontificib. fieri unqvam potuerint in detrimentum Imperii; Huc pertinent Qvæſtiones, num in illis donationibus, ſi non expreſsè, tacitè tamen reſervatum ſit jus Imperii; item an pro lubitu Cæſarum fieri potuerint? an Pontifices dictas donationes Tabulis avthenticis demonſtrare poſſint?

De ſingulis dictum. Conf. Conring. de finib. Imper. c. X. & XX.)

§. 4. Alter, qvo Pontifex nititur, titulus eſt præſcriptio, qvæ an hic unqvam currere vel prodeſſe poſſit, vel ex retentâ Cæſaribus civili poſſeſſione aliisqve actibus præſcriptionem interrumpentibus aut impedientibus patet. Ut ſunt uſurpatio Rom. titul. coronatio Roman. confirmatio Pontificibus facta ab Imperatoribus aliiq; plures

res ſummi Imperii in Pontificem & Italiam actus.

(Notabantur h. l. exempla.)

II. Inter poſſeſſores Italiæ & Hiſpanus non exiguum ſibi vindicat locum v. g. in Regno Neapolitano, Ducatu Mediolanenſi &c.

§. 1. (Diſqvirebatur h. l., qvomodo Conradini morte Neapolitan. Regn. Pontifex vindicatum aliis pòſt in feudum conceſſit, qvâ cautelâ, & tributò: Item an Hiſpanus recognoſcat Imperium ratione Mediolani &c. & qvid de Regno Neapolitan. dicendum.)

§. 2. Cæteri, qvi partes Italiæ tenent, ſunt Dux Florentiæ, Dux Sabaudiæ, Duces Mantuæ, Modenæ, Parmæ &c.

(Qvid ſinguli in feudum ab Imperio habeant, h. l. adductum.)

§. 3. Urbs Veneta an ratione Italiæ ad Imperium pertineat vel unqvam pertinuerit controvertunt: De illis autem, qvæ Veneti in continenti Italiæ parte poſſident alia & facilior ratio.

(Notata qvædam de hac controverſia ex hiſtoriâ.)

§. 4. Huc pertinet Maximil. Imper. publica velut accuſatio, qvâ Ann. 1509. bellum indixit Venetis, eorumq; poſſeſſionem nomine Imperii dubiam fecit: Maximilianus divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ & Hungariæ, Archidux Auſtriæ; Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ,

Digitized by Google

tiæ, Styriæ & Carinthiæ ac Marchio Sacr. Roman. Imperii, &c. Recognoſcimus & præſentium tenore notum eſſe volumus univerſis, qvòd cùm ſanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Julius, divinâ providentiâ Sacroſanctæ Romanæ Univerſalis Eccleſiæ Summus Pontifex, Dominus noſter Reverendiſſimus, ſæpiùs & repetitis vicibus nos pariter & Sereniſſimum atq; Excellentiſſimum Principem, Dominum Ludovicum, Regem Franciæ, Fratrem noſtrum chariſſimum, aliosq; Chriſtianos Principes inſtantiſſimè admonuerit, ut tanqvam veri & devoti Filii Eccleſiæ vellemus ad conſervationem Chriſtianæ Reipubl. intendere, qvæ indies à truculentiſſimis Turcis & cæteris infidelibus maximas jacturas patitur ac etiam ad conſervationem jurium & bonorum ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, atq; Beatitudini ſuæ totis viribus aſſiſtere ad recuperationem eorum, qvæ poſtpoſitâ fide, omni religione contemptâ, nullâ habita ratione æqvi honeſti & juſti. Venetis pluribus jám annis de Beati Petri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ patrimonio tyrannicè invaſerunt, uſurparunt & occuparunt, ac de præſenti nullô juſto titulo indebitè occupant & detinent. Cui exhortationi ſanctiſſimi Domini Noſtri, Nos Imperator præfatus, pro ſincerâ noſtra in Sedem Apoſtolicam obſervantiâ, (ut par eſt) parere volentes, hujuſcemodi defenſionem & conſervationem Reipubl. Chriſtianæ, nec non incrementum ſanctæ Sedis Apoſtolicæ juxta majorum noſtrorum

ſtrorum veſtigia & exempla, tanqvam etiam illius Advocatus & Protector, cum ſummo deſiderio amplecti & ſuſcipere fuimus ſemper ex animo inclinati. Conſiderantes etiam graviſſimas jacturas, injurias, rapinas & damna, qvæ præfati Veneti nedum ſacroſanctæ Sedi Apoſtolicæ, ſed & Sacro Romano Imperio, Domui Auſtriæ, Ducibus Mediolani, Regibus Neapolitanis & aliis multis Principibus violenter intulerunt, illorum bona poſſeſſiones, civitates, oppida, perinde ac ſi in communem omnium perniciem conſpiraſſent, tyrannicè occupando & uſurpando. Propter qvod non ſolùm ſalubre, utile & honorificum, ſed omnibus prædictis neceſſarium eſſe exiſtimamus, ut omnibus ad juſtam vindictam excitatis tandem ad reſtringendum inſatiabilem Venetorum cupiditatem, & dominandi libidinem tanqvam ad commune incendium accurratur, junictsqve viribus, armis, bona per eoſdem Venetos ablata & occupata recuperentur & redintegrentur. Eaq; de cauſa nuper Illuſtriſſimam Principiſſam, Margaritam Archiduciſſam Auſtriæ, Duciſſam Burgundiæ, relictam Viduam Sabaudiæ Filiam noſtram chariſſimam, ad Civitatem noſtram Imperialem Cameracenſem miſimus, qvæ vigore pleni & ſufficientis mandati noſtri, tanqvam ſpecialis noſtra in hac parte procuratrix, poſt concluſam generalem pacem inter Nos ſupra nominatum Fratrem noſtrum Regem Franciæ, cum Reverendiſſimo in Chriſto patre Georgio &c. tentavit, fecit

probetur & coronetur, & per hujusmodi pravas adſertiones & peſtifera dogmata hoſtis antiqvus movet lites, jurgia ſuſcitat, contentiones qværit, & ſeditiones procurat. Ideò ad tantum malum evitandum, de conſilio & conſenſu Electorum & aliorum Principum Imperii, declaramus, qvòd Imperialis dignitas & poteſtas eſt immediatè à ſolo Deo; & qvòd de jure & Imperii conſvetudine antiqvitus approbatâ, poſtqvam aliqvis eligitur in Imperatorem ſive Regem ab Electoribus Imperii concorditer vel majori parte eorundem, ſtatim ex ſolâ electione eſt Rex verus & Imperator Romanorum cenſendus & nominandus, & eidem ab omnibus Imperio ſubjectis obediendum; & adminiſtrandi jura Imperii & cætera faciendi, qvæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habet poteſtatem, nec Papæ ſive Sedis Apoſtolicæ, aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, auctoritate indiget vel conſenſu. Et eapropter hac in perpetuum valitura lege decernimus, ut electus in Imperatorem concorditer vel à majori parte Electorum, ex ſolâ electione cenſeatur & habeatur ab omnibus pro vero & legitimo Imperatore & eidem ab omnibus ſubjectis Imperio debeat obediri, & adminiſtrationem & jurisdictionem Imperialem, & Imperialis poteſtatis plenitudinem habeat, & ita habere ac obtinere ab omnibus cenſeatur & firmiter aſſeratur. Qvicunqve autem contra hæc declarata, decreta

vel deſinita, aut aliqvid eorum aſſerere ſeu dicere, aut aſſerentibus ſeu dicentibus conſentire, vel eorum mandatis vel literis vel præceptis obedire præſumpſerit, eos omnibus feudis, qvæ ab Imperio detinent, & omnibus gratiis, jurisdictionibus, privilegiis, & immunitatibus à nobis vel prædeceſſoribus noſtris eis conceſſis ex nunc privamus, & ipſo jure & facto decernimus eſſe privatos. Inſuper eos crimen læſæ Majeſtatis decernimus incurriſſe & pœnis omnibus impoſitis crimen læſæ Majeſtatis committentibus ſubjacere. Datum in Colonienſi civitate Alemanniæ &c. A. Domini *M. CCC XXXIX.* Ex hac conſtitutione ſatis patet, an & qvàm neceſſaria ſit autoritas Pontificis in conſtituendo Cæſare.

MEMBRUM II.

I. Ex hiſtoriâ pleniùs hic referebatur, qvòd reſignatio Car. V. Fratri Ferdin. I. facta occaſionem dederit neglectæ hactenùs coronæ Romanæ: Adducebantur rationes, & ſimul, qvid in Capitulation. de hac coronâ diſponatur: *v. Capitul. Ferdinan. IV. artic. 37. verb.* Wir ſollen und wollen die Röm. Königl. Kron / wie Uns als erwehlten Römiſchen König wohl ziemt / empfangen / wenigers nicht Uns zu Empfahung der Käyſerl. Kron befördern: Hinc alii colligunt, nondum deſiiſſe coronam Romanam; qvàm benè, *h.l.* exponebatur: *add. Capitul. Leopold. artic. 37.*

Qvæſtio 1. an & ex qvibus cauſis hactenus neglecta?

Qvæſt.

Qvæſt. 2. An magis conſultum Imperio, illam & in poſterum omitti?

(Dictum de his Qvæſtion.)

§. 1. De Coronâ *Modœtiæ* (qvæ & *Moduntia*) *h.l.* disqviſitum, an à tribus iſtis, Aqvisgranenſi, Romanâ, & præſertim Longobardica ſit diſtincta?

(Plura de hoc dicebantur. Conf. Sigonium *de Regno* Ital. L. 8.)

§. 2. De Corona Arelatenſi, qvalis fuerit & qvare ſuſcepta *h.l.* ex hiſtoria deductum: vocatur aliàs Burgundica: cujus tamen in Aur. Bull. nulla fit mentio. *Conf. Limn. ad A. B. c. 26. §. 4. Obſ. 6.*

(Exempla Imperator. hic recenſebantur, qvi iſtam coronam ſuſcepiſſe feruntur)

De forma Coronæ Imperial. & materia *h.l.* dictum; ubi notatur *Autor Chronic.* Würtenberg. *p. 523.* dum ſcribit: Käyſer Carl der Groſſe/ welcher zu Aach/ wie Münſterus ſchreibt/ *Anno Chriſti 814.* geſtorben/ und begraben liegt/ der hat damals neben den Fürſten Verordnung gethan/ daß hinführo die Römiſche Käyſer daſelbſt eine eiſerne/ zu Meyland eine ſilberne/ und zu Rom die güldene Kron empfahen ſollen/

(Examinabantur hæc.)

§. 3. Adducebatur *Carol. Paſchal.* locus & cenſura de Coronis Imperatorum German. *L. X. c. 7. de Coron.* verb: Non unâ Coronâ inſignitur Imperator, ſed utplurimùm tribus, qvandoqve qvatuor

tuor & qvinqve, ut accidit Friderico, autore Ottone Friſingenſi: Prima de Regno Francorum Aqvisgrani: ſed hanc ego coronã aſſimilo triumpho Domitiani de Germania. Secunda Ratisbonæ de Regno Germaniæ: Cujus Regni nihil qvod ſciam, (ſed forſan nihil ſcis de Germania, Paſchali, ſi ita ſentis) extat præter inane nomen. Tertia Papiæ, de Regno Lombardiæ; & hìc qvoqve vano titulô. Qvarta Romæ, pro Romano Imperio, cujus ne ullum qvidem, niſi in libris veſtigium extat. Qvinta Modontiæ pro Regno Italico ſeu Longobardico &c. & hoc qvoq; Regnum Italicum mente concipi verius, qvàm manu tangi, aut oculis deſignari ubi ſit, poteſt.

(Notabatur ficta & inepta hæc cenſura de Frideric. Imp. coronis; qvas nec dict. Autor probare poteſt à Frider. ſuſceptas, cùm Imp. ipſe in Epiſtol. ad Ottonem (qvæ extat *apud Urſtiſ. Tom. 1. pag. 403.*) tantum de tribus loqvatur, Roman. Longobard. & Germanic. qvæ nec tum nec hodiè planè inanes aut in antro Platonis poſitæ videntur, propter rem partim & prætenſionem juris antiqvi in dictis regnis.)

§. 4. Aqvisgrani ſeqventes Imperatores coronatos refert *Noppius* in der Aacher Chronick *L. 1. c. 10.* (1.) Ludovic. Pius. (2.) Lotharius. (3.) Henric. Auceps (4.) Otto Magnus. (5.) Otto II. (6.) Otto III. (7.) Henric. III. (8.) Henricus IV. (9.) Henricus V. (10.) Conradus III. (11.) Friderico I. Barbnroſſa. (12.) Henricus Barbaroſſæ filius.

lius (13.) Philippus Svecus. (14.) Otto Saxo. (15.) Frideric. II. (16.) Henricus VII. (17.) VVilhelmus Holland. (18.) Richardus Anglus. (19.) Rudolphus Habſpurgenſis. (20.) Adolphus Naſſovius. (21.) Albertus. (22.) Henricius Lüzelburgenſis. (23.) Ludovicus. (24.) Carol. IV. (25.) VVenceslaus. (26.) Rupertus. (27.) Sigismundus. (28.) Frideric. III. (29.) Maximilianus I. (30.) Carolus V. (31.) Ferdinand. I.

§. 5. Exponebantur *h. l.* nonnulla de antiqvo Germanorum ritu ſolenni, elevandi Regem ſcuto impoſitum: inſtar coronationis ſeu declarandi novi Regis. *v. Cluver. Antiq. German. L. 1. c. 46. Tacit. Hiſtor. IV.* Qvod obtinuit qvoq; penes Romanos. *conf. Herodian. L. VIII.* apud Græcos. *v. Joh. Zonar. in Juſtinian.* & apud Francos Reges. *v. Turonenſ. de Clodoveo L. 2. c. 40. verb. Illi iſta audientes, plaudentes tam palmis, qvàm vocibus, eum clypeo evectum ſuper ſe Regem, conſtituunt. add. de Græc. Nicephor. Gregor. in Theodoro. verb. appellatus poſtea Imperator eſt à volentibus ſubditis omnibus, impoſitus ſcuto, more hac in re recepto.*

(Simile ferè deprehenditur in Duce Veneto recens electo, ut *h. l.* dictum.)

Membrum III.

IV. Coronationis noſtræ ſoleñia ſunt ſeqventia.

§. 1. Imminente coronationis die, ad denunciationem Moguntini, Norimberga & Aqvisgranum Imperii clinodia mittunt. Illa Carol. M. coronam, annulum, ſceptrum, pomum, enſem,

enſem, & tres Dalmaticas cum cingulô. Aqvisgranum gemmarum capſulam, gladium cum pendiculo & Evangelio literis aureis ſcripto.

§. 2. Hæc Electores Eccleſiaſtici ſeparatim Eccleſiam ingreſſi, à Legatis illarum Civitat. accepta imponunt altari, expectantes in ſuo habitu Regem coronandum. Seculares verô in Curia interim ornati palatium Regis bini ſuo ordine, Legatis præſentes ſeqventibus, petunt, Rege tum deſcendente.

§. 3. Tum, Legatis præmiſſis, Bavarus cum pomo in medio, Brandeburgicus cum ſceptro à dextra; à ſiniſtris cum coronâ Palatinus, Elector Saxoniæ immediatè cum d iſtricto gladio, Vicario vaginam præferente, Regem ſub throno à Senatoribus loci portando, ſic deducunt in Eccleſiam campanis ſonantibus, Reliqvi, Saxones excepto, abſunt Vicarii, ubi præſentes principales.

§. 4. Regem ita deductum in templi limine excipiunt Eccleſiaſtici El. & qvidem Moguntinum inter & Trevirenſem, aut pro varietate, loco Moguntini, Colonienſem, ad Oratorium, hinc ad altare & tandem ad regale ſolium ducitur. Pôſt traditis Vicariis inſignibus, à ſolii tergo Electores occupant Sedes.

(De hac ſeſſione qvomodo ſe habeat, *h. l.* adducebatur.)

§. 5. Tum Miſſam Conſecrator incipit, rege ad Oratorium à reliqvis Eccleſiaſticis deductô,

ductô, & Litaniâ reciprocè peracta, interrogat; Num Rex fidem ſervare, Catholicam Eccleſiam protegere, juſtitiam adminiſtrare, Imperium augere, viduas & orphanos defendere, & Papæ reverentiam exhibere velit? Qvibus juratò aſſertis populoqve de rege ut ſuperiori recognoſcendo, clamante, ſuccedit unctio in vertice per formam crucis & aliis partibus.

De unctione plura dicta: Item de formula Juramenti; Ego N. Deo annuente, volo, in qvantum divino fultus fuero adjutorio, & precibus fidelium Chriſtianorum, ſic me Deus adjuvet, & ſanctum ejus Evangelium.

Formula, qva conſecrator Electores &c. & populum interrogat, talis: Vultis tali Principi ac Rectori vos ſubjicere, ipſiusqve regnum firmare, fide ſtabilire, ac juſſionibus ejus obtemperare juxta Apoſtolum: Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit:

§. 6. Poſtmodum Eccleſiaſtici in ſacriſtia veſtiunt eum Pontificalibus Norimberga miſſis, gladiumqve Caroli M. evaginatum tradunt à ſecularibus ei accingendum, ſceptro inſuper in dextram, pomô ſiniſtræ dato, annulo deſponſat conſecrator circumjiciens pallium; tandem & imponitur Corona.

(A qvibus imponatur Corona; ubi de exempl. Ferdin. III. & Leopold. Impp.; Item de illis acclamandi formulis, qvæ ſingulis actibus hic interponuntur, *h. l.* dictum.)

§. 2.

§. 2. In Coronatione Ferdin. II. hæ formulæ paulò pleniores feruntur · ſic cum ſceptrum porrigebatur, hæc erant formal: Accipe virgam virtutis & æqvitatis, qvâ intelligas mulcere pios, & terrere reprobos, errantibus viam pandere, lapſisqve manum porrigere, diſperdasqve ſuperbos & eleves humiles, aperiat tibi oſtium Dominus noſter, qvi de ſeipſo dicit: Ego ſum oſtium, per me ſi qvis introierit, ſalvabitur, & ille eſt clavis David & ſceptrum Domus Iſrael, qvi aperit & nemo claudit, ſitq; tuus ductor, qvi educit vinctum è domo carceris, ſedentem in tenebris & umbra mortis, & in omnibus ſeqvi merearis eum, de qvo Pſalmiſta David canit: Sedes tua Domine in ſeculum ſeculi, &c. imitando ipſum diligas juſtitiam & odio habeas iniqvitatem, qvapropter ungit te Deus tuus ad exemplum illius, qvem ante ſecula unxerat oleo exultationis pro Principibus ſuis per Dominum.

In eadem Ferdin. II. coronatione, ubi imponebatur corona hæc erant formalia: Accipe coronam Regni, qvæ licèt ab indignis Epiſcoporum manibus capiti tuo imponatur, eam tamen ſanctitatis gloriam & opus fortitudinis expreſsè ſignare intelliges, per hanc te participem miniſterii noſtri non ignores, ut ſicut nos in interioribus paſtores Rectoresq; animarum intelligimur, ita & tu exterioribus Dei cultor, in ſtrenus contra omnes adverſitates Eccleſiæ Chriſti defenſor, Regniqve tibi à Deo dati exiſtas utilis

excutor,

executor, regnatorq; proficuus ſemper appareas, & inter glorioſos athletas virtutum gemmis ornatus, & præmio ſempiternæ felicitatis coronatus cum Redemptore & Salvatore Domino, cujus nomen vicemq; geſtare crederis, ſine fine glorieris, qvi vivit & regnat.

§. 1. Nomine tunc Collegii Electoral. gratulatur Moguntinus, ſedensqve Imperator enſe Carol. M. creat eqvites. Poſtea duo Canonici Aqvisgranenſes ſub juramento & certis ſolennibus Imperatorem recipiunt in Collegium ſui ordinis.

§. 2. Tandem Sceptro pomoq; ſecularibus horumvè Vicariis reddito, Imperator Dalmaticam & ſandalia ponens, coronâ pallioqve ſervato cum Electoribus Eccleſiam relinqvit, pompoſo diſtinctoq; Comitatu repetens Curiam.

(Hac occaſione notabantur qvædam de creatione eqvitum in ponte Hadriani, peractâ coronatione Romana.)

CAP. XIII.

De Coronationis conſeqventibus, Alternativa Moguntini & Colonienſis.

MEMBRUM I.

I.

COronationis actum ſeqvuntur illa Electoralia officia.

§. 1. Repetitâ enim Curiâ Imperator cum Electoribus feneſtras occupat & ſedes. Hi partes ſuas ordine peragunt, Illo ſpectante.

§. 2. Elector Saxoniæ Imperii Archimarſchallus eqvo fertur in avenæ acervum, argenteam de illo implens menſuram, dansq; ad evacuandum Vice-Marſchallo, fixo pòſt in avenam baculo argenteo, populo prædæ relinqvit, ſic primò ſuum peragens officium.

Qvæſt. 1. Cujus ſumptibus parari debeat iſte avenæ acervus, tantæ altitudinis, qvòd pertingat usqve ad pectus vel ſellam eqvi? *v. verba Aur. Bull. §. 1. c. XXVII.*

(Dictum de hoc *conf. Goldaſt.* in Reichshandlungen *p. 286.: verb.* Chur Sachſen ſey auf einen gar wohl gezierten Hengſt geſeſſen / und darauf getrabet in einen Hauffen Haber / den er ſelbſt hat laſſen dahin führen.

Qvæſt. 2. An menſurandi an aliâ causâ baculus argenteus figatur in avenam? *v. A. B. d. c. & §. fin.*

(Et de hac Qvæſt. dictum, ubi examinabatur opinio *Sprenger. Jurispr. Publ. L. 1. c. 29.* & *Limnæi ad d. l. A. B. obſerv. 4.)*

Qvæſt. 3. An hodiè avena ita diſtribuatur, prout in A. B. d. *l.* præſcribitur? *v. A. B. d. c. & §. verb: Dux Saxoniæ &c. primo menſuram eandem de avenâ plenam accipiet, & famulo primitus venienti miniſtrabit eandem, qvo facto figendo baculum in avenam, recedet, & Vicemarſchallus ejus, puta de Pappenheim,*

penheim, accedens, vel eo abſente, Marſchallus Curiæ, ulterius avenam ipſam diſtribuet.

(Exponebantur hæc qvoad uſum modernum: In actu Coronation. Ferdin. III. avena non primo venienti famulo ab Electore Saxoniæ data, ſed ſtatim ab illo effuſa: Qvod & factum in actu Coronationis Leopold. *v. Diar. Europ. p. 947.* Qvid in ViceMarſchallo Pappenheimio obtineat *h. l.* adducebatur.)

Qvæſtio 4. Ad qvem nam actu Coronationis finito, pertineant menſura argentea, baculus & eqvus Saxon.?

(Reſolvebatur hæc Q. in diſcurſu.)

Examinabatur h. l. illorum opinio, qvi putant iſtam avenâ impletam menſuram præſentari Cæſari.

Item de relatione *Lehmanni, Chronic. Spirenſ. p. 78. verb.* Der Churfürſt zu Sachſen / als des Reichs Ertz-Marſchall / iſt auf einen hohen Roß kommen/ hat in der rechten Hand ein ſilbern Müls terlein voller Habern gehalten/ iſt abgeſtiegen vom Roß/ und hat die Fürſten / ieden an ſeinen gebühren Ort zur Tafel geſetzt.

§. 3. Poſt Saxonem Archidapifer, qvi hodiè Bavarus Elect. vel ejus Vicarius eqvo culinam intrat de bove aſſato fruſtum in patinam argenteam petens ponensq́;, Vice-Marſchallo præeunte, ante Imperatorem in menſa, bove tum adreptioni dato. *v. A. B. c. 27.*

Qvæſt. 1. Qvotnam Archidapifer vel ejus Vicarius adhibeat patinas in hoc officio?

(Reſpond. in *A. B. c. 27. §. 4.* qvatuor ſcutellarum fit mentio: Alii de una tantum loqvuntur. *v. Diar. Europ. pag. 947. de Coronation. Leopold. Imperat.: verb.* Der Herr Graf Truchſeß von Zeil habe in Nahmen Chur-Bayern ein Stück von dem gebratenen Ochſen geholet in einer ſilbern Schüſſel.

(Conciliabantur hæc.)

Item variant in numero ciborum, qvos affert Archidapifer: ut & in materiâ ſcutellarum argentæ ſint an aureæ. *conf. Goldaſt.* in Politiſchen Reichs-Handeln. *Part. 3. p. 154. verb.* Der Pfaltzgraff ritt in das Haus/ da die Küchen war / nahm zwey Eſſen aufeinander/ etc. Item in coronatione Ferdinand. III. obſervatum. Tres refert, qvi de convivio Maximil. II. ſcribit apud *Goldaſt.* in Reichs-Handlungen *p. 268.* De materiâ verò ſcutellarum ita refert Lehmann. *Chronic. Spirenſ. L. 7. p. 781.* ex hiſtoria Coronat. Carol. IV. *verb:* Hernach iſt kommen geritten der Pfaltzgraff bey Rhein / und hat in gülden Schüſſeln Speiſe auf die Käyſerl. Tafel geſtellet. *Aur. Bull. d. c. §. 4.* argenteas dicit.

(De hac diſcrepantia dicebatur, unde veniat, & qvo pacto concilianda?)

Hoc loco notabantur qvædam de integro

boye

bove aſſato, an tantum in Germaniâ, an ubi Romana adhuc ſuſcipiebatur ſimul corona, in Italia qvoqve obtinuerit; item an in aliis qvoq; Regnis ſervetur?

Originem hujus deducunt à Romanorum triumphis, ubi cum ſolenni pompâ in Capitolium Imperatorem per urbem duxerunt, taurum immolarunt ſplendidum apparantes convivium. *Conf. Sigon. L. 1. Antiq. Civit. Rom. p. 81.*

Qvæſt. 1. Ad qvem pertineant finito actu patinæ & eqvus Archidapiferi.

(In Diſcurſu & de hoc.)

Notabantur qvædam de præeunte Archidapiferum Marſchallo.

Qvæſt. 2. Qvinam reliqvos cibos afferant ad menſam Cæſaris &c.

(Dictum & de hoc.)

§. 4. Pòſt Archidapiferum Brandeburgenſis aut ejus Vicarius in culinam eqvitans malluvium argenteum cum gutturnio inde petitum præbet in atrio majori ad manus lavandas Cæſari, ſecularibus reliqvis mantile interim tenentibus. *A. B. c. 27. §. 3.*

In coronatione Carol. IV. adhibitam fuiſſe auream pelvim refert ex aliis *Lehmann. Chronic. Spirenſ. L. 7. §. 782* Secus in *Aur. Bull. d. c. 27. §. 3.* ubi de argenteis dicitur; an forſan deauratæ nonnunqvam fuerint, unde aureas ſpectantes ſcripſerunt.

In officio hoc Brandenburgenſi alii acce-

 dunt,

dunt, dum ab uno tantum haud perficitur. *conf. Noppium in Chronic. Aqvisgranenſ. L. 1. c. 2.* Es kommt oben aufs Königliche Salett der Marggraff von Brandenburg / ſambt dem untern Reichs-Marſchalck / und geben Jhrer Käyſerl. Majeſtät in einem güldenen Becken das Waſſer / der Pfaltzgraff und die andern umbſtehenden Fürſten halten die Handqvähle. Paulò aliter legitur in protocollo electionis *Carol. V. apud Goldaſt. Part. 1.* Politiſcher Reichs-Händel / *p. 53.* Jn Abweſen Chur-Brandenburg habe der Schenck von Limpurg Jhrer Majeſtät das Waſſer geben in einen vergüldten Becken / dabey ſey geſtanden der Pfaltzgraff und andere / ſo gegriffen an das Becken und Handqvähel.

(H. l. notabatur qvinam inſtrumenta hujus officii ſibi vindicet.)

§. 5. Succedit eqvo Palatinus, nummos aureos & argenteos Imperatoris effigie, die annoq; Coronationis inſignes ſpargens, eqvo nummorumq; parte Vicario relictis.

Palatinus officium in nummis ſpargendis inchoatum perficit per Vicarium de Sintzendorff: *Conf. de Coronation. Leopold. Imper. Diarium Europ. p. 947. verb.* Chur-Pfaltz ungefehr 10. oder 12. Schritt von der Römer Thür unter dem Volck reitend / und das erſte Geld auswerffend / begabe ſich bald wieder auf den Römer Saal. Gleich hernach præſentirten ſich beyde Herren Grafen von Sintzendorff / als Erbſchatzmeiſter /

) wurffen in den Schrancken herumb / biß wie-
zum Römer / das übrige Geld unter das Volck /
nittels die Trompeter ſich hören lieſſen / und
ch funffzig Graffen die Speiſe auffgetragen
:d.

Agmen claudebat Archipincerna Rex Bo-
iiæ vel ejus Vicarius, ſuper eqvo ſcyphum
:nteum vino aqva mixto plenum Imperatori
igens.

Qvando Bohemus hoc peragat officium,
t ex *A. B. d. c. §. 5. conf. Goldaſt.* Politiſcher
chs-Händel. *Part. 3. p. 154. verb.* als Ihre Ma-
t / (Käyſer Carl der Fünffte) ein wenig ge-
1 hatte.

(Notabantur alia de hoc.)

Qvæſt, 1. An tecto capite iſta officia per-
it Electores?

Qvæſt. 2. An & qvalis ordo Electoribus
etur in his exhibendis officiis?

(De ſingulis h. l. plura dicebantur; ubi & de
riis.)

§. 7. Accedunt interim Eccleſiaſtici, eô,
; in diœceſi actus fit, procedente in medio,
intes argenteo baculo ſigilla Imperii ante
:ratorem in menſâ locanda, qvibus Mogun-
redditis, baculum Vice-Cancellarius jure
inii, ſigilla verò in cuſtodiam recipit. Eccle-
co, qvi conſecratione ſenior, menſæ bene-
onem peragente.

§. 8. His ita peractis & Electores ſuas oc-

cupant menſas, ſinguli ſingulas, Imperatoris hodiè tribus (ſecus *Aur. Bull. c. 28.*) Auguſtæ verò menſâ, uno pedibus depreſſiores, Principum tamen elatiores tabulis. Conſpiciuntur autem cum tegumentis & credentiis, ſi Electores præſentes, hoc qvidem ordine: Imperatoris primò & ex oppoſito Trevirenſis, ad dextram Moguntini, Bohemi, Bavari & Brandenburgenſis; à ſiniſtrâ Colonienſis, niſi alternet, Saxonis & Palatini: Reliqvorum Principum & Legatorum tabulæ pòſt; Civitatum verò Norimbergæ, Coloniæ, Aqvisgrani & Francofurti ſeparato viſuntur in conclavi.

Qvæſtio, Qvare iſtarum Civitatum Legati adhibeantur huic convivio?

(Dictum de hac Qvæſt. ubi inqvirebatur ratio.)

§. 9. Convivantur lautè ſumptibus Cæſaris, fluente interim ex fonte vino albo rubroq; jacto è culinâ pane ſimilagineô.

Finito convivio Imperatorem ad palatium & conclave comitantur, ubi acceptâ ab illo cum gratiis abeundi licentiâ, ſinguli ſe ad diſceſſum præparant.

MEMBRUM II.

II. Subjectum qvod in coronationis actu potiorem velut operam præſtat vi A. B. eſt Colonienſis, cui jus primum diadema Regi imponendi tribuitur. *d. A. B. c. 4. §. 3.* nullâ loci diſtinctione.

§. 1. Sed qvia inter Eccleſiaſticos ſeſſio & præce-

præcedentia variat, pro loci diverſitate, *c. 21. A. B.* nec ſemper Aqvisgrani coronatio procedit. Imô & qvondam Moguntinus coronandi jus exercuit, usq; ad Henric. III. Imp. qvi Colonienſi illud dediſſe fertur, tum qvod hic erat ex domo Palatinâ, tum qvod Coronatio in ejus diœceſi perageretur, accedente pòſt *Aur. Bull. d. l.* Moguntinus tamen hoc jus iterum ſibi vindicavit in coronatione Maximil. II. usq; ad Ferdinand. IV. tempora, ubi lis hæc poſt calamum videbatur petere gladium, tandem tamen amica circa coronation. Leopold. transactione componebatur, ita ut qvisqve tranſigentium, Moguntinus & Colonienſis, actum coronationis in ſua diœceſi, ſi hìc vel illìc fiat, peragat, extrà utramq; verò alternent ?

Formula autem transactionis hæc eſt: Demnach zwiſchen denen Hochwürdigſten auch Durchlauchtigſten Fürſten und Herrn / Herrn Johann Philipſen / Ertz-Biſchoffen zu Mäyntz / des heiligen Römiſchen Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlern und Churfürſten / Biſchoffen zu Würtzburg und Hertzogen in Francken / ſo dann Herrn Maximilian Henrichen / Ertz-Biſchoffen zu Cölln / des Heil. Römiſchen Reichs durch Italien Ertz-Cantzlern und Churfürſten / Biſchoffen zu Hildesheim und Lüttich / Adminiſtratorn zu Bergdeßgaden / in Ob- und Nieder-Bayern / auch der Obern Pfaltz / in Weſtphalen / zu Engern und Bullion Hertzogen / Pfaltzgrafen bey Rhein / Landgrafen zu Leuchtenberg / Marggrafen zu Franchimont / ꝛc.

Zeithero ſich umb deſſelben willen Irrung und Streit erhalten / daß Ihre Churfürſtl. Durchl. zu Cölln die Krönung eines erwehlten Römiſchen Königs Ihro und dero Nachkommen am Ertz-ſtifft Cölln allein / und zwar nicht nur zu Aachen und in der Cölniſchen Ertz-Biſchofflichen Provintz / ſondern auch durchgehends im gantzen heiligen Reich Teutſcher Nation / ohne Unterſcheid / Krafft zu ſolchem End angezogener güldenen Bull Käyſer Carls des Vierdten / zueignen; hingegen aber Ihre Churfürſtl. Gn. zu Maintz / der güldenen Bull nach / die Stadt Aachen zwar Ihrer Churfürſtl. Durchl. und dem Ertz-Stifft Cölln geſtehen / Ihro doch und dero Nachkommen am Ertz-Stifft Maintz alle übrige Ort des heiligen Reichs Teutſcher Nation / Krafft vor ſich angezogenen alten Herkommens und poſſeſs attribuiren wollen. Als haben beyderſeits Höchſtgedachte Ihre Churfürſtl. Gn. und Durchl. zu Maintz und Cölln für ſich und Ihre Nachkommen an dero Ertz-Stifftern / zuförderſt GOtt zu Ehren / dem Vaterland und Dero Ertz-Stifftern Land und Leuten zum beſten / nach reiffen der Sachen vorbedacht / ſich in der Güte einmüthig und und freundbrüderlich verglichen / wie folget.

I. Wollen Ihre Churfürſtl. Gn. zu Maintz und Dero Nachkommen am Ertz-Stifft Maintz / zu Fortpflantzung beſtändigen Wohlvernehmens / guter Correſpondentz und Freundſchafft / wann die Quæſtio Ob die Krönung an einem andern /

dern / als in der güldenen Bull beſtimten Ort ver-
richtet werden ſolle? vorkommt / ſich nicht allein
mit Jhro Churfürſtl. Durchl. zu Cölln und Dero
Nachkommen am Ertz-Stifft Cölln / einſtimmig
erklären / ſondern auch dahin bemühen und vermit-
teln helffen / damit die beſagte Quæſtio im Churfl.
Collegio bey überlegung der Capitulation und vor
der Wahl iedes mal vorgenomen und erörtert / und
die Krönung zu Aachen werckſtellig gemacht wer-
den / niſi impedimentum legitimum obviaverit,
wie die güldene Bull ſelbſt redet / *Tit. 25. vel 28. §. In-
venimus etiam.*

II. Daß beyden Jhren Churfl. Gn. und
Durchl. zu Maintz und Cölln / die Würde und
das Ampt zu krönen in Jhren Ertz-Biſthumen un-
diſputirlich / und zwar iedem in ſeinem Ertz-Biſthum
und ſeiner propriâ Diœceſi, allezeit und allein und
privativè zukommen ſolle.

III. Ob aber auſſerhalb dieſer beyden obge-
dachten Ertz-Biſthumen Maintz und Cölln / die
Krönung in einigen deren unterhabenden Suffra-
ganeaten / oder in andern auſſer der Ertz-Biſchoff-
lichen Maintz und Cölniſchen Provincien gelege-
nen Ertz- und Biſchoffthumen geſchehen würde /
alsdann ſolle dieſelbe alternativè von beyden Her-
ren Churfürſten Maintz und Cölln verrichtet / und
alſo auſſer Aachen / und denen von beyden Herren
Churfürſten ſich vorbehaltenen ihren eigenen
Diœceſen und Ertz-Biſthumen / im gantzen hei-
ligen Reich zwiſchen ihnen der Krönung halber
eine

eine durchgehende Gleichheit ins künfftig gehalten werden.

IV. Dafern die Krönung auſſer denen Maintz- und Cöllniſchen Ertz-Biſthumen / es ſey inner oder auſſerhalb beyderſeits provincien / vorgenommen werden ſolte / alsdenn ſollen bey obermelter alternation Ihre Churfürſtl. Durchl. zu Cölln den Anfang machen / wozu Ihre Churfürſtl. Gn. zu Maintz / zu mehrer Bezeigung Ihrer treuen freundbrüderlichen affection, nicht allein ſich freywillig erkläret / ſondern beneben auch des Erbietens seynd / bey nechſter Wahl und deren Capitulation dahin beſtmöglichſt zu cooperiren / damit dieſe itzt-bevorſtehende Krönung in der Stadt Cölln (weiln etwan wegen des kurtz hiebevorn zu Aachen vorgangenen Brandſchadens der accommodation halber daſelbſten es unbeqvem fallen dörffte) verrichtet werden möge.

V. Solle dieſer Vergleich nicht allein von beyden Herren Churfürſten unterſchrieben / ſondern auch von beyden Dom-Capituln zu Maintz und Cölln mit bewilliget / und zu ewigen Tagen hierauf einmütiglich / veſt und unverbrüchlich gehalten / auch andere explicationes, extenſiones oder limitirungen / darin keines weges zugelaſſen / viel weniger das geringſte ſonſten dargegen attentirt werden. Deſſen allen zu Urkund haben beyde höchſtgedachte Ihre Churf. Gn. und Durchl. Maintz und Cölln für ſich und beyderſeits Nachkommen an dero Ertz-Stifftern / fünff dieſer vergli-

chenen

chenen Receſſ unterſchrieben und verſiegelt / welche auch beyde Hochwürdige Dom-Capitul zu Maintz und Cölln mit bewilliget und zugleich vollenzogen haben / darob ein Original Ihrer Churf. Gn. zu Maintz/eines Ihrer Churf. Durchl. zu Cölln/zu dero Archiven, auch in dem Dom-Capitul eines / und dann eins zur Reichs-Cantzley ausgeantwortet/und verwahrlich aufbehalten werden ſollen. Geſchehen den 16. Jun. des 1657. Jahrs.

Joh. Philip. Maxim. Heinrich.

L.S. L.S.

Hoc loco adducebantur nonnulla ex hiſtoriâ, qvòd olim non determinatum fuerit ſubjectum coronans, ſed nonnunqvam Imperatores ſibi ipſis, vel ſucceſſoribus, vel alii Epiſcopi coronam impoſuerint.

CAP. XIV.

De Auguſtâ, ejus Coronatione &c.

Reſtat Auguſta, qvæ Imperatoris dignitate illuſtrata ſimul coronationem meretur, non tamen eundem cum Cæſare locum in proceſſione; Poſt Regem qvippe Bohemiæ, competenti ſpatio, ſociata illuſtri fœmineo præſertim comitatu procedit, *A. B. c. 26. §. 5*

§. 1. Eidem inſignia ſunt & corona, qvam, ipſa non geſtat, Abbas Fuldenſis, illius Cancellarius. Syrmatrophas habet Principiſſas.

Aliqvando in coronatione Auguſtæ præſertim cum illius AulæMagiſtram controverſia fuit

fuit de præcedentiâ: Hinc Imperii Principes *Anno 1653.* Imperatori hoc memoriale exhibuerunt, de proceſſionis ordine: *verba.* Allerdurchlauchtigſter ꝛc. allergnädigſter Herr/ aus E. Käyſerl. Maj. allergnädigſten Befehl/ hat uns deroſelben geheimer Rath und Obriſter Hofmeiſter / des Fürſten von Dietrichſtein Liebd. geſtern vormittag nachrichtlichen eröffnet/was maſſen E. Käyſerl. Majeſt. deroſelben hertzgeliebteſter Käyſerl. Gemahlin/ der Allerdurchlauchtigſten / Großmächtigſten Fürſtin und Frauen / Frauen Mariæ Eleonoræ, erwehlter Römiſcher Käyſerin / auch zu Hungarn und Böheimb Königin ꝛc. gebohrner Hertzogin zu Mantua und Montferrat ꝛc. Unſer Allergnädigſten Frauen/ veranlaſter Käyſerl. Krönung/ auf nechſtkommenden Montag den 11. 21. diß würcklich vollzogen/ und bey der Proceſſion in- und aus der Kirchen/ unter andern auch dieſe Ordnung halten zu laſſen / allergnädigſt entſchloſſen ſeyn / daß zwar der regierenden Reichs-Fürſten Gemahlinnen/ Ihrer Majeſt. der regierenden Käyſerin obriſter Hofmeiſterin vor / die unvermählte Princeſſinen aber dero nachgehen und folgen ſollen.

Wir thun gegen E. Käyſerl. Majeſt. der allergnädigſt beliebten aviſation halber Uns förderſt allerunterthänigſt bedancken/ und zu den vorſeyenden glorwürdigſten heiligen actu coronationis Grund Hertzens allergehorſambſt gratuliren; können aber E. Käyſerl. Majeſt. darneben mit gebührenden reſpect allerunterthänigſt anzubringen

Uns

Uns nicht enthalten / was maſſen wir auf gepflogene Nachfrag / und mündliche Unterredung / gründlich befunden / daß hievorigen Zeiten / bey dergleichen / und andern actibus, ſonderlich aber bey Krönung weyland Kayſerin Annæ, nicht nur die vermählete Fürſtinnen des Reichs / ſondern auch die Princeſſinnen / ie und allewegen vor der Käyſerl. Ober-Hofmeiſterin die Præcedenz und Vorzug gehabt/ und deroſelben niemals nachgezogen worden/ maſſen dann zu Zeiten Käyſerin Eleonoræ das Fräulein zu Sachſen / ohngeachtet daſſelbe in dem Käyſerl. Frauenzimmer würcklich bedienet geweſen/ eben auch umb dieſer conſideration willen / daß Sie eine gebohrne Fürſtl. Princeſſin/ dennoch der Käyſerin Hoffmeiſterin iederzeit vor- und nicht nachgegangen. Weilen nun aus allerunterthänigſter zu E. Käyſerl. Majeſt. tragender confidenz, Wir Uns verſichert wiſſen / daß dieſelbe es durchaus bey dem alten löblichen Herkommen verbleiben zu laſſen / und die alte Fürſtl. Häuſer / und darvon entſproſſene Fürſtl. Perſonen/ welche die Ehre haben/ mit E. Käyſ. Majeſt. höchſtlöblichen Erb-Haus Oeſterreich befreundet und alliirt zu ſeyn/ bey Ihren hergebrachten Fürſtlichen Dignitäten / Würden und Prærogativen, vielmehr allergnädigſt zu conſerviren / als dieſelbe in einigen weg zu diminuiren / in Käyſerlichen Gnaden bedacht ſeyn werden.

Als bitten E. Käyſerl. Majeſt. Wir hiermit allerunterthänigſt/ Sie geruhen/ bey vorſeyenden Käy-

Käyſerlichen Krönungs-Actu, die Proceſſion, angezogenen alten Herkommen gemäß/ dergeſtalten/ darmit die Uns anverwandte Princeſſinnen / welche allerhöchſt ernant Ihrer Majeſtät/ der Käyſerin allerunterthänigſt aufwarten ſollen / keinen Schimpff darvon zugewarten / anſtellen zu laſſen/ allergnädigſte Beliebung tragen/ und darumb ſo viel deſto mehr/ weil ohne das dieſelbe in allem nur drey Glieder machen / und Ihre Käyſerl. Majeſt. zu Dero nothwendigſten Dienſten die Frau Obriſte Hofmeiſterin / einen als den andern weg/ nahe gnug an der Hand haben könten. Dargegen wollen wir gantz gern geſchehen laſſen / daß in der Kirchen hinter Ihrer Majeſtät/ der Käyſerin/ Dero Frau Obriſte Hofmeiſterin ihren Sitz einnehmen/ und mit Aufwartung/ auch Aus- und Ankleidung/ ihr Ampt verrichten möge. Gleichwie nun E. Käyſerl. Majeſtät dieſe Unſere allerunterthänigſte Erinnerung / und angehängte gehorſamſte Bitte / verhoffentlich ſelbſt nicht anders / als der Billigkeit nnd üblichen Herbringen gemäß befinden werden / alſo thun Wir Uns allergnädigſter Beliebung umb ſo viel gewiſſer allerunterthänigſt getröſten / und damit E. Käyſerl. Majeſt. zu beharrlichen Käyſerlichen Hulden und Gnaden Uns und die Unſerige allerunterthänigſten Befehlen/ Datum Regenſpurg den 6. 16. Julii Anno 1653.

Ad hoc, Imperatoris juſſu, per Decretum ſub dato 18. Julii reſponſum fuit: Der Römiſchen Käyſerli-

erlichen Majeſtät / Unſerm Allergnädigſten
n / iſt in Unterthänigkeit referirt und vorge-
n worden / was bey deroſelben die anweſende
he Fürſten des Reichs / wegen des vor Ihre
liche Gemahlinnen / und Fürſtliche Fräulein
endirten Vorgangs für der Käyſerlichen
ſten Hofmeiſterin bey inſtehender Krönung
e Majeſtät der Römiſchen Käyſerin / Unſe-
llergnädigſten Frauen / gehorſamſt erinnert/
ht und gebeten haben; Wann nun vor al-
chſtgedachte Ihre Käyſerl. Majeſt. von Zeit
r angetrettenen Käyſerl. Regierung keinen
nd des Reichs ichtwas zugemuthet / ſo deſſen
herbrachter prærogativ, Recht und Gerecht-
n eintzige Wege zu Nachtheil gereichen kön-
alſo ſind Sie auch dieſes Orts eintzige Neue-
vorgehen zu laſſen / nicht gemeint. Nach-
aber bekant / und es ohne das die Nothdurfft
dert / daß Ihre Majeſtät / die Römiſche Käy-
/ wie iedesmals / alſo auch bevorab derglei-
höchſten Solennitäten und Krönung / Ihre
ſte Hofmeiſterin nechſten bey der Hand ha-
und von derſelbigen bedient möge werden.
hat es anno bey ſolchem Herkommen billich
Verbleiben / und werden ſich vorgedachte
ten des Reichs nicht entgegen ſeyn laſſen / daß
rau Obriſte Hofmeiſterin in der Proceſſion
vier Fürſtinnen / in der Ordnung allein
.

Dafern aber dieſelben künfftig noch beweiſen

F würden/

würden / daß es anders wär gehalten worden / ſo erklären Ihre Majeſt. ſich allergnädigſt dahin / daß dieſer ergangene actus Ihnen nicht præjudicirlich ſeyn ſolle. Im Fall aber Ihre Fürſtl. Gnad. gleichwohl einig Bedencken haben ſolten / daß Dero Fräulein Töchter und Schweſtern auf dieſe Weiſe bey dem actu Coronationis ſich befinden thäten / ſo ſtellen Ihre Käyſerl. Majeſt. denenſelben allergnädigſt anheim / ob Sie mehrbeſagte dero Fürſtliche Fräulein Töchter und Schweſtern in der Kirchen erſcheinen / und alſo der Krönung an deme Sie ausgezeichneten Ort / beywohnen laſſen wolten. Welches allerhöchſtgedachte Ihre Käyſerl. Majeſt. hochgedachten anweſenden hochlöblichen Fürſten des Reiches zum Beſcheid alſo anzudeuten allergnädigſt befohlen: Die denſelben benebenſt mit beharrlichen Käyſerl. Gnaden und allem Guten förderiſt wohl beygethan verbleiben. Signatum Regenſpurg den 18. Julii 1653.

CAP. XV.

De Electione Regis Romanorum extraordinaria.

MEMBRUM I.

I.

VIſum hactenus, qvomodo electione ordinariâ Caput eligatur Imperii; Nunc & de Extraordinariâ.

§. 1.

§. 1. Eſt autem electio extraordinaria, qvando vivente Imperatore, vel cum vel ſine hujus conſenſu futurus regni ſucceſſor eligitur.

§. 2. Differt ergò ab ordinariâ, cujus Aur. Bull. meminit, qvæ vacante Imperio obtinet.

Cauſa extraordinariæ Election. non eſt una, potiſſimùm tamen, ne Imperium laboret Interregno: Finis, ut in certo ſit futurus Imperator.

Qvæſtio, an de cauſis qvid determinatum ſit?

(Dicebatur de hoc. *conf. Inſtr. Pac. artic. VIII. §. habeantur* &c.)

§. 3. Expeditur ut ordinaria, ab Electoribus, qvorum eſt, videre, num ſit è re imperii eligi Regem Romanor. *v. Capitulat. Ferdin. III. artic. 38.*

II. Originem hujus electionis par erit, indagemus.

§. 1. Ab Antiqviſſimis usq; temporibus ſimulacra qvædam illius deprehenduntur. Francorum haut repetentes ætatem, in Ottone M. qvi vivente Henrico Aucupe, Ottone II. qvi ſuperſtite Ottone I. & Maximilian. I. qvi à patre Friderico III. Succeſſores deſtinati, videmus extraordinariæ electionis veſtigia.

§. 2. Verùm adducta aliaq; exempla remotioris ſeculi, facti potiùs ſpeciem, qvàm juris habere cenſentur: ab arbitrio enim Imperatorum maximè pendebant.

Digitized by Google

§. 3. Qvà hodiernam verò rationem inſpecta electio, nulla Ferdin. I. tempora vix referet originem· Ille enim Carolo V. fratri Rex Romanorum hac electione adjunctus.

§. 4. Hæc electio maximè diſputata tum temporis, qvo Ferdinand. I. deſtinandus erat Carol. V. ſucceſſor. Carol. proponebat; Qvia ipſe diverſis Regnis ac populis imperaret, neqve poſſet continenter eſſe in Germania: qvia turbulentus admodum eſſet & periculoſus orbis Chriſtiani præcipuæ verò Germaniæ ſtatus, propter diſſidium religionis, propter vim atqve potentiam Turcarum, propter nuper excitatam ſeditionem atqve bellum ruſticorum, & qvia per Imperium multa inofficioſe fierent ac minùs obſeqventer. *&c. v. Sleidan. L. VIII.*

Elect. Saxon. verò & alii iſtam Ferdin. I. deſignationem improbantes, à Cæſare deſiderabant, ut ſi remoto Ferdinando, nihilominus ipſi videretur opus eſſe aliqvo coadjutore, adhibitio Electorum conſilio & arbitrio Aur. Bull. interpretetur, & edicto perpetuo ſanciat, ut qvidem jure fieri debeat in hunc modum; Ne videlicet poſthac unqvam vivo Cæſare creetur Romanorum Rex, niſi primùm Electores, & his adjuncti ſex alii Principes Imperii judicent, ita fieri oportere; & cùm apparebit ex uſu eſſe Reipubl. tum Moguntinus Collegas & ſex reliqvos Principes ad locum idoneum ampliùs deliberandi causâ conſcribat & ubi rem omnem diligenter expenderint, tum ſoli

Princi-

Principes Electores & his adjunctus Bohemiæ Rex creandi Regis poteſtatem habeant. Romanorum Rex, vivo Cæſare creatus, non ſuo, ſed Cæſaris tantùm nomine Rempubl. adminiſtret, nec ullam ſibi poteſtatem aut Imperium arroget. Principes ac Ordines Imperii non teneantur ei ulla fide vel jurejurando, niſi poſt mortem Cæſaris. Cùm creabitur novus Rex, non aliter qvàm ex formulâ legis Carolinæ juretur, neqve ſit in Electorum poteſtate formulam hanc mutare. Qvi contra jusjurandum illud feciſſe convictus fuerit, aut alioqvin in gravem ſuſpicionem venerit, neqve ſe purgaverit, is omni jure Electoratus in perpetuum careat. Poſthac ex eadem Principum familiâ tres Reges ordine non creentur, vitandæ cauſa præſcriptionis. Nullus creetur Romanus Rex, qvi non ſit ex aliqvâ Germaniæ Principum familia progenitus. Qvæ Lex Carolina ſancivit de creatione Regis, ea neqve Cæſar neqve Rex Romanorum mutet. Cùm Electoribus apparebit, creandum eſſe Regem, neceſſe non habeant, hoc ante denunciare Cæſari, neq; Cæſari in eo caſu liceat Epiſcopo Moguntino mandare, ut Electores convocet: Sed cùm juſtis de cauſis videbitur, qvibus oportet, Cæſare ſuperſtite, Regem eſſe creandum, Moguntinus Francofortum Collegas ad certum diem convocet, neqve ſit in ipſius poteſtate, conventum alio in loco indicere, niſi Collegæ gravibus de cauſis permittant. Coronam ſceptrum & alia Imperii Ornamenta Moguntinus

à Norimbergicis minimè petat, niſi aſſentiantur Collegæ. Trimeſtre illud ſpatium, qvod à denunciatione Principibus datur, ut conveniant, non diminuat. Imperii enim & Reipubl. plurimùm referre, ſi forte unus & idem alter tempore excluſi, non adſint. Idcircò dum Francofurti deliberant Electores, omnes alii excludantur &c. *reliqva Saxonis argumenta* refert Sleidanus *L. VIII. Hiſtoriar.*

Sed iſtæc controverſia poſtmodum Transactione Cadamicâ componebatur: *conf. Hortleder. de Bell. German. L. 3. c. 3. ubi iſtius Transaction. verba*: Daß künfftig / wann bey Leben eines Römiſchen Käyſers oder Königs / ein Römiſcher König ſoll erwehlet werden / alle Churfürſten zuſammen zuvor beſcheiden werden / davon zu reden / ob Urſach gnug vorhanden / und dem Reich fürträglich ſey / einen Römiſchen König / bey Leben eines Römiſchen Käyſers oder Königs zu erwehlen. Und wann ſie ſich des vereiniget / daß alsdann und nicht ehe / die Churfürſten / vermög der gülden Bull / ſollen zu Königlicher Wahl erfordert / und zur Wahl geſchritten / und derſelben gülden Bull unverrucklich in allen nachgegangen werden: und wann in dem Fall was anders fürgenommen würde und ergienge / daß daſſelbe nichtig und durch ein decretum irritans des Käyſers caſſirt seyn ſolle ꝛc. Wie es aber der Perſon halben / die zum Römiſchen König zu erwehlen / und nicht Teutſcher Sprach oder Zungen wäre / auch ob zween oder

drey /

Digitized by Google

drey/oder mehr Römiſche König aus einem Hauſe nach einander erwehlet werden ſollen / darumb ſollen ſich die Churfürſten inwendig vorbeſtimter Zeit vergleichen und vereinigen / und ſolches in ihrer Vereinigung geordnet werden.

MEMBRUM II.

Hinc facilè patet, qvid reſpondendum ad has Qvæſtiones, qvondam ancipites:

1. An viventi adhuc Imperatori poſſit adjungi ſucceſſor?

2. An diſſentiente Cæſare eligi poſſit Rex Romanorum?

Add. Capitulation. verb. Wir/ deßgleichen unſere Kinder/ Erben und Nachkommen / ſollen und wollen/ die gemeldten Churfürſten/ ihre Nachkommen und Erben/ zu ieglicher Zeit bey ihrer freyen Wahl eines Römiſchen Königs/ dieſelbige / ſo offt ſie einen Käyſer zu Hülffe / oder dem Heil. Römiſchen Reich nothwendig und nützlich befinden/ auch bey Lebzeiten eines Römiſchen Käyſers mit/ oder wann derſelbe auf angelangte Bitten der Churfürſten ohn gnugſam erhebliche Urſachen geweigert werden ſolte / ohn einiges regierenden Käiſers conſens vorzunehmen. *conf. Matth. Capitulat. art. 35.*

(Cauſæ autem, ex qvibus citra Cæſaris conſenſum Rex Romanorum eligi poteſt, ad arcana Imperii & Collegii Electoral. pertinent.)

(Exponebantur qvatuor caſus, qvibus Rex Romanorum eligitur.

III. Specialia hujus electionis potiſſimùm ſunt ſeqventia:

§. 1. Si Rex Romanorum electus Imperatoris fortè filius, deputatus Electoralis Collegii Patri denunciat filii dignitatem, qvem ille de grato erga Electores animo admonit ſimulq; nomine ſuo gratias agit.

§. 2. Poſt actas ita gratias, porta conclavis reſeratur, exeuntibus Electoribus & Rege electo, qvi ad altare deductus, ab illis præſentibus, numero pari, Legatis & ſuperfluis excluſis, ſuper illud elevatur, machinis interim campanisq; ſonantibus.

§. 3. Sic elevato Brandeburgicus Coronam detrahit, à Palatino pòſt reponendam. Rege de altari levato, Vicarii menſam accedentes recipiunt inſignia, Electoribus, ſi adſunt, tradentes, aut caſu abſentiæ ſibi ſervantes, competenti ordine regem in ſolium deducunt ſingulis ſedes & ſolita latera tenentibus. 1

§. 4. Hinc unus ex Præpoſit s Moguntini denunciat electum, qvem poſtea ſplendido comitatu in palatium deducunt.

IV. Diſputant, num ſit de Imperii libertate hæc electio?

§. 1. Videtur contra liberam pugnare electionem, unde qvibusdam dicitur coacta: ſed non adeò rectè. Nam & in hoc electionis actu Electores ſua libertate gaudent, qvorum in arbitrio fuerit, an & qvem ſic eligere velint.

§ 2.

§. 2. Spectatur autem maximè in hôc intereſſe Imperii hac electione qvæſitum, qvòd incerto habeat ſucceſſorem, haudqvicqvàm igitur turbulenti ex ambiguâ pòſt electione metuens. Ne tamen ſic Imperium degeneret in hæreditarium, cautela. *v. Inſtr. Pac. Oſnabr. artic. VIII.*

V. Differunt Imperator. & Rex Romanorum (1.) Inſignibus (2.) Titulis. (3.) poteſtate.

§. 1. Imperatoris biceps; Regis verò ſimplex eſt Aqvila. Ille bullâ, hic ſigillo utitur. Rex dicitur Auguſtus, Imperator ſemper Auguſtus. Imperator à Rege ſalutatur, Jhre Majeſtät/ item Dominus, *v. R. J. de A. 1555.* §. Solches alles und jedes ꝛc. Käyſerl. Majeſtät unſern lieben Brudern und Herrn. Rex ab illo, Eure Liebden.

(Dictum de his.)

Qvæſtionem h. l. movent an Rex Romanorum ſit præferendus Regi Galliæ?

(Notata qvædam de h. Q. ubi examinabantur rationes *Beſold. pro Reg. Rom. in Diſſertation. de præcedent. & ſeſſion. prærogativ. c. 2.* item *Carpzov.* dubitatio. *Diſputation. Feudal. 8.* qvaſi non habeat poteſtatem Rex R. in Imperio. *conf. tamen Capitulation. Maximil. II. per verb.* zu der Ehr und Würde des Römiſchen Königlichen Nahmens und Gewalts. adducebantur exempl. de *An. 1533.*

IV. De Regis Romanorum poteſtate eſt diſceptatio.

§. 1. Majeſtatem qvidam illi tribuunt, negant

gant

gant alii. Abſonum haut fuerit, ponere potentiâ Majeſtatem in Rege, certis caſibus exercendam, cum reſpectu tamen ad Imperatorem, in qvo adhuc ſuperſtite Majeſtas ipſo actu citra talem reſpectum cernitur.

§. 2. Putant alii, illam, qvam demum habeat poteſtatem Rex Romanorum, eſſe ex delegatione Imperatoris. Sed rectiùs dicitur, illam eſſe ex electione, certo modo & tempore exercendam.

Huc *conſ. Capitul. Rudolph. II. artic. 32. Ferdin. III. artic. 49. verb.* Wir ſollen und wollen uns auch keiner Regierung noch adminiſtration im Heil. Römiſchen Reich weiters oder anders unterziehen / dann ſo viel Uns deſſen von Käyſerl. Majeſtät vergönnet und zugelaſſen wird: Daß Wir auch Ihrer Käyſerl. Majeſt. die Zeit ihres Lebens an ihrer Hoheit und Würden des Käyſerthums kein Irrung oder Eintrag thun ſollen und wollen. *add. R. J. de Anno 1542.* §. So hat dem allen nach/ an ſtatt und im Namen Käyſerl. Majeſt. und für Uns ſelbſt.

Vocatur Rex Rom. caput Imperii poſt Imperatorem. *v. R. J.* de *A. 1564.* §. So unterſtunden ſich etc. Der Römiſche König iſt nach dem Käyſer das obriſte Haupt im Reich. Sic vocat Carol. V. in literis ad Commiſſarios ſuos, in Auguſtan. Comit. *add. Ordin. Cameral. Part. 1. Tit. 1.* §. nemlich wollen die Römiſche Käyſerliche Majeſtät/ als Röm. Käyſer / oder im Fall / daß Ihre Liebde

und Käyſerl. Majeſt. nicht im Reich oder in der Nähe wären / Wir als Römiſcher König iederzeit den Cammer-Richter etc.

Hoc loco eſt Qvæſt. (1.), an Rex Roman. rectè vocetur perpetuus Imperii Vicarius ?

(Reſolvebatur d. Q. ubi *Thom. Michael.* opinio adducta, qvi affirm. *Tr. de Jurisdict. Concl. 29. Negat verò Pauermeiſt. de Jurisdiction. Imper. Rom. Lib. 2. c. 5.* Facta diſqviſitio, utra ſit verior.)

Qvæſtio (2.) num Aurea Bulli qvoq; diſponat de hac electione.

(Dictum pluribus de hac Qvæſtion. ubi examinata *Carpzov. de Leg. German. Reg. c. XI. Sect. 3.* & aliorum opinio, qvi affirmant: Negant verò *Limnæus*, cujus ſententia Aur. Bulla propiùs accedit: Formulâ enim iſta communiter utitur Carol. IV. *d. B. Qvotiescunq; igitur Imperium vacare contigerit &c. conf. c. 3. §. 2. c. 4. 5. &c. A. B.* Exponebantur hæc latiùs per rationes in diſcurſu adductas. Nihil in contrarium facit *c. 1. A. B.* qvod generaliter loqvitur, ex aliis A. B. textib. interpretandum: Nam de ſingulari hoc & qvodammodo præjudiciali caſu haut dubiè Carol. IV. in Aur. Bull. aliter & expreſſè magis diſpoſuiſſet, qvàm *d. c.*

CAP. XVI.

De Poteſtate Imperatoris, & cauſis eam diſſolventibus.

Membrum

MEMBRUM I.

I.

POteſtas Cæſaris verè Auguſta, abſolutè qvamvis haud Monarchica.

(Notabatur h. l. frivola maximè exterorum cenſura: Et illis ſimul adductis, qvi nimii videntur in hoc argumento.)

§. 1. Unde genuina Imperatoriæ poteſtatis cognitio peti qveat, Scriptores in hoc differunt: Hinc oriuntur Qvæſtiones:

1. An Imperatoris poteſtas conſiſtat in Reſervatis Imper. Käyſerl. Reſervaten?

Reſpondet: Negando: adductis rationibus & argumentis, ex Comitiorum Juribus: notato aliorum hìc errore.

2. An ex illorum Scriptis v. g. *Schok. Leg. Reg. Goldaſt. S. R. I. Monarchiá*, & aliis v. c. de Regalibus &c. rectè exhauriri poſſit poteſtas Cæſaris?

(Ad hæc pluribus diſtinctè reſpondebatur.)

3. An de Imperatoris poteſtate plenè diſponatur in Capitulationibus?

(Hoc ſimpliciter dici non poteſt, qvoad ſingula: qvod exemplis *h. l.* demonſtratum.)

§. 2. Poteſtas Cæſaris rectè deprehenditur in pertractandis Imper. Reſervatis & Juribus Comitial. de qvibus in ſpeciè infrà, ubi & de illâ poteſtate.

II. Modi, qvibus finitur Imperatoris poteſtas maximè ſunt mors, reſignatio & depoſitio.

§. 1. Reſignatio eſt actus, qvo ſponte Cæſar certis ex cauſis ſceptrum & imperium deponit.

Qværtio 1. Num de hac reſignatione, an, qvibus ex cauſis & qvomodo fieri debeat, certæ leges ſint præſcriptæ in Imperio?

(Dictum de hoc, qvod exemplis magis conſtet, qvàm legibus, niſi & exempla ab Imperio probata pro lege ſint.)

Qvæſtio 2. An invitis Electoribus procedat reſignatio Imper.?

Examinata hæc Q. adductis tandem, qvæ pro Negativâ facere poſſunt argumentis, exemplo Henric. II. Imper. de qvô plura ex hiſtoriâ *h. l. add. Schadæ, ſumm. Argentorenſ. Templ. c. 1. verb.* aber das haben Jhm (ſcil. Henrico) die Fürſten des Reichs nicht geſtatten wollen/ſondern begehrt/ er ſolte des Reichs warten/ und haben ihn mit Gewalt davon abgehalten. Juxta modernum ſtylum hæc minus temperata. Hinc ex *Chronic. Argentorenſ.* mitiùs referunt. v. g. *Dn. Tabor in prælection. ad Otton. verb.* Dieſer Kayſer / Henrich der II. begehrte zum Herrn zu Straßburg zu ſeyn. Einsmal kam dieſer nach Straßburg/da gefiel ihm die Ordnung und die Regul der Thumherren in dem hohen Stifft unſerer Frauen Münſter alſo wohl / daß Er ſelbſten mit den Thum-Herren ihre Brüderſchafft und Regul begehrte zu halten/ dann

Digitized by Google

es hohe Graffen und Fürſten waren / und doch ein demüthig Leben führten / nach Gottesdienſt. Das widerriethen Ihm die Reichs-Fürſten und ſprachen / Er möchte es nicht thun / vor Bekümmernüß ſeines Reichs / Das er mit dieſem Kummer in Frieden hielt. Da er nun ſelber bey den Thumherren nicht möchte bleiben / da machte er eine reiche Pfründ / des Chor-Königs Pfründ genant. *conf. R. I. de A. 1559. pr. verb;* mit Vorwiſſen des H. Reichs Churfürſten / verlaſſen / reſignirt und übergeben.

(Pro diverſis tamen reſignandi cauſis & circumſtantiis diſtinctè ad d. Q. reſpond. *add. ſupr. citat. l. 7. Sleidan. verb. verb: Cumq; Electores eundem fruſtrà, ut in Germaniâ perſiſteret, nec eandem deſereret, rogitaſſent &c.*

MEMBRUM II.

§. 2. De Cauſis reſignationis, qvæ h. l. potiſſimùm habeant aliqvod momentum, h. l. qvædam notata. *conf. R. I. de A. 1559. pr. verb:* aus mercklichen / groſſen / tapffern und trefflichen Urſachen 2c.

§. 3. Producebantur h. l. exempla Cæſarum, qvi ſponte reſignarunt dignitatem Imperatoriam, v. g. Lotharii Ludovic. P. fil. Carol. V.

(Examinabatur hic ſententia *Carpzov. de L. R. c. 11.* num illud Carol. V. factum reſignatio, an mandatum cum liberâ fuit.)

Hac occaſione dictum de Qvæſtion, in qvorum manus reſignatio fieri debeat?

III.

III. Depoſitio Imperatoris eſt, qvando ex graviſſimis cauſis deſtituitur jure & dignitate Imperii.

§. 1. Hinc oriuntur Qvæſtiones:

1. An Imperator poſſit deponi?

Temperatè de hoc dicebatur, in Legibus Imperii qvidem adeò expreſſè nihil determinatum; exemplo tamen non unô hoc comprobatum hactenus, nec electitii Imperii ſtatum & ſcopum ſvadere contrarium, qvicqvid ſentiat *Stamler. de Reſervat. Imperat. §. 17. & Bald. ad L. Barbarius ff. de offic: Prætor. de qvo h. l.* dicebatur: Inqvirebatur ſimul ratio, qvare nihil legibus Imperii de hoc caſu ſit diſpoſitum.

(Proponebatur, qvantum conjicere licet, aliqva iſtius ratio; ubi & de *Schüz. Diſputat. III. de Stat. rer. Rom. & de Limnæi opinione.*)

2. A qvô fieri debeat depoſitio?

In hac Qvæſtion. qvatuor diverſæ ferè ſunt ſententiæ (1.)Pontifici jus deponendi tribuunt palpatores ejus. *ex c. venerabilem xtr. de Election.* hoc argumento: Imperator non poteſt negare ſe Chriſto ſubeſſe; ergò nec negare poteſt, ſe ſubeſſe Pontifici. Chriſti enim & Papæ idem eſt tribunal, cum hìc ſit ejusdem Vicarius in terris & qvaſi alter Deus.

(Examinatum *h. l.* argumentum.)

(2.) Opinio eſt, qvaſi Imperator in hoc caſu judicem habeat Comitem Palatinum Rheni, ob general. *Text. A. B. c. 5. §. 3.*

(Dictum

(Dictum & de hoc, in qvantum ex Aur. B. poſſit defendi.)

(3.) Eſt, qvod iſta depoſitio debeat fieri ab Electoribus & omnibus Imperii Statibus. *v. Goldaſt. Conſtit. & Reſcript. Imper.* ſſ. 7. ubi deprehenditur, in præſentia & adhibito Satuum conſilio qvondam iſtas depoſitiones fuiſſe peractas ab Electoribus. *add. Lehmann. Chronic. Spirenſ. L. 1. c. 77. verb:* Mit Rath anderer Fürſten und Herren / zu dem Heil. Reich gehörig.

(Adducebatur de hoc *Limnæi* ſententia.)

(4.) Eſt, deponi ab Electoribus. *conſ. Carpzov. de Leg. Germanor. Reg. c. ult. Sinold. de Vicar. Concluſ. VIII. Bertram de Comitiis theſ. XI. Limnæ. Tom. V. J. P. 1.* cujus hæc eſt ratio: Cui competit electio, ei etiam competit rejectio: ubi *Moguntini* axioma: Qvem meritum inveſtivimus, qvare immeritum non deveſtiamus.

Diſqvirebatur & in hæc: ubi de ſententiâ *Autor. ad Inſtrum. Pac. Part. 1. Diſc. 9.* qvi ſolis Electoribus hoc competere cum *Bald.* dubitat. Adducebatur & *Sluteri* opinio, qvi dicit, non Status, ſed Regem ex propriâ in initio regiminis conteſtatâ voluntate, ſeipſum deponere; vel Reges ſeipſos deponere magis, qvàm deponi. *vid. Eund. in Animadverſ. in Hippolit. à Lapid. Part. 1. c. 3.*

(Examinatis his adducebantur nonnulla, qvænam, in hac controverſia, ſtatui & formæ Imperii opinio propior & adæqvata videatur, diſtinctè tamen.

MEMBRUM III.

Qvod cauſas deponendi concernit; illæ pariter certâ lege & regulâ non definiuntur, adeoq; inqvirendæ ſunt in exemplis & formulis factæ aliqvando depoſitionis.

Referebantur huc exempla hujus: v.g. Adolph. Naſſov. qvi ex variis graviſſimis cauſis depoſitus fertur. *v. Cuſpinian. in vita Ejus. verb. qvia Principes Imperii neglexerat &c. publicè adulteria patraverat, moniales &c. conſtupraverat &c.* Daß er das alte Herkommen hindan geſetzet / der Churfürſten und Stände Rath in des Reichs und deſſen fürnehmer Glieder Sachen nicht gepflogen / vor ſich ſelbſt mit anderer Leute Rath/ nach ſeinem Gefallen gehandelt/ Krieg und Blutvergieſſen im Reich angeſtellet/ deſſelben nothwendige Sachen / dadurch Fried und Gedeyen erbauet werden können / unverrichtet erſitzen laſſen/ und damit zu Feindſchafft und vielfältiger Empörung zwiſchen den Ständen des Reichs Urſach geben / und den mehrern Theil gegen ſeine Perſon zu Widerwillen und öffentlicher Feindſchafft veranlaſt / daß auch etliche ihre Abſagsbrieffe denſelben zugeſchickt. *conf. Lehm. Chron. Spirenſ. L.V.c.118.*

(*H.l.* examinabatur opinio *Stamleri*, qvi hanc depoſitionem non juſtè factam pronunciat; nec ab eo videtur alienus *Bœcler. Notit. Imper. L. 2.* Adjiciebatur, utrum in hoc caſu præſumtio ſit pro ejusmodi ſcriptore, an pro Collegio Electorali?)

Dicta qvædam de relatione Cuſpinian. in vita Albert. verb: Albertus, poſt occiſum Adolphum Cæſarem, iterum ab Electoribus Imperii Francofurti eligitur in Regem Romanorum; Priorem enim electionem illegitimam reputabat, ob Trevirenſis Præſulis & Palatini abſentiam, qvi Comitiis Imperialibus non interfuerant, & qvòd Adolphus adhuc vixerat. Ne itaq; ut arreptum Imperium qvisqve cavillaretur, priorem electionem de ſe factam Principibus reſignavit & denuò electus, Aqvisgrani, à VVickvvoldo Colonienſi Archiepiſcopo, feſto Divi Jacobi Apoſtoli, Anno Chriſti 1298. coronatus & in ſolium Magni Caroli locatus.

(Num inde arguenda ſit Adolph. depoſitio, *h. l.* diſqvirebatur, qvamvis d. locus *Cuſpiniani* Limnæo moveat ſcrupulum.)

De Henrici IV. depoſitione *h. l.* qvædam notabantur ex hiſtoria, an auctoritate & conſenſu Elector. facta, an potiùs artibus Pontificum extorta fuerit reſignatio.

(Plura de laudabili aliàs & Heroico, afflicto tamen iſto Cæſare adducebantur.)

§. 1. VVenceslai depoſitio qvibus ex cauſis facta, deprehenditur ex ſententiâ apud *Goldaſt. Tom. 1. Conſtit. Imper. p.379.* ubi ſeqvent. notantur. (1.) Qvòd pacem in Eccleſiâ non promoverit, (2.) Qvod Imperium membris aliqvot pernitioſè mutilaverit, & mutilum reddi permiſerit, in qvorum numero fuere Mediolanum & provin-

provincia Longobardiæ, qvæ juris Sacri Romani Imperii extitere, redeuntibus inde ad Imperium ampliſſimis emolumentis. (3.) Qvod membranas perplures nudas, raſasqve ſuo tamen ſigillo munitas amicis pecunia vendiderit, in qvibus cùm illis, tum aliis, in qvorum manus iſtiusmodi membranæ venerunt, ſub regio ſigillo, qvæ ſcribere voluerint, licuerit. (4.) Qvòd controverſias, bellaqve, qvæ Germaniam aliasq; S. Imperii terras miſerè afflixerunt & peſſumdederunt, nil unqvàm curæ habuerit. (5.) Qvod cum propria tum aliorum facinoroſarum, qvos ſecum habuit, manu, reverendos ſacrorum antiſtites, ſacerdotes, & ſpirituales perſonas, alios item plures honeſtæ notæ homines, contra juris normam neci dederit, aqvis ſubmerſerit, igne cremaverit, miſerabiliter ac truculenter peremerit. Qvas propter cauſas & alia multa gravia facinora, damna atqve defectus nos Johannes Archiepiſcopus (*hæc verba ſententiæ apud Goldaſt. d. l.*) nomine prædictorum Dominorum S. R. I. Coelectorum, noſtroq;, prædictum Dominum VVenceslaum, ceu inutilem, negligentem diſſipatorem & indignum S. R. I. defenſorem, eodem Roman. Imperio, omniqve ejus gradu dignitate ac ditione ad idem pertinente privamus & ſubmovemus, cunctis Principibus, Eqvitibus, ingenuis, urbibus, provinciis & ſubditis &c. R. I. denunciantes, eos ab omni homagio & juramento, perſonæ VVenceslai nomine Imperii præſtito, prorſus eſſe

liberos: reqvirentes atqve monentes eos ſub jurisjurandi fide, qvâ S. I. obſtricti tenentur, ne prædicto Dn. VVenceslao, tanqvam Romanorum Regi deinceps obediant & obſeqvantur, neq; illi jus ullum, obſeqvium, cenſum, reditum, aut ullam aliam penſionem, qvocunqve nomine tandem appellanda veniat, ceu Romanorum Regi, pendant, exhibeant, aut exhiberi permittant: ſed ejusmodi debita utili & idoneo Romanorum Regi, divino favente Numine, deinceps ſufficiendo, aſſervent.

(Dictum de hac depoſitione, & *Tholoſan.* de iſta judicio. *Tract. de Republ. c.5.*

§.2. Proceſſum hujus depoſitionis refert *Goldaſt. Conſtitut. Imperial. p.139.* (1.) Electores, Principes Eccleſiaſticos, ac Politicos aliosqve Imperii Ordines, ardentibus precibus VVenceslaum, tum ſua, tum amicorum operâ, literis deniq; perſæpe admonuiſſe officii ſui, eiq; privatim ac publicè diligenter ob oculos poſuiſſe indecentes & deteſtabiles ejus mores & actiones. (2.) Auditis tamen illius reſponſis reiteratisq; ſeriis Electorum adhortationibus, nunqvam eò uſq; Electores deprehendiſſe VVenceslaum, ſicut Regem Romanorum decet, mores compoſuiſſe. (3.) Itaq; ob inſtantes ſupradictorum Ordinum preces, maximè verò ſacramenti ratione, qvo Electores, ceu ſacri Imperii proximè ſuperiora membra, eidem obſtringuntur, nec reticere, nec ſuſtinere diutiùs potuiſſe, ſed ex officio debito cogitandum, anniten-

annitendumq́; ſibi fuiſſe, ut Sacr. Rom. Imperio rectiùs & ſalubrius provideretur. (4.) Electores VVenceslaum ſufficienter & ſeriò vocaſſe, citaviſſe eiq́; ſignificaſſe, niſi loco & die, definitis præſtò eſſet, fore, ut cùm exhibitarum illi precum, tum juramenti ſui reſpectu, ejusmodi conſilia capere & inire cogerentur, qxibus ſacrum Imperium meliùs conſtitueretur. (5.) Eapropter loco & tempore præſcriptis, Electores, cæterosq́; ſacri Imperii Principes & civitates comparuiſſe, expectantes Dominum VVenceslaum: At illum non comparuiſſe, nec qvenqvam procuratorio nomine miſiſſe. (6.) Qvare cùm tot prægnantium & pernicioſorum defectuum cauſâ, eum crebriùs privatim & benignè, indè verò cum nil proficerent, coram Principibus, Optimatibus & Civitatibus Imperii, in diverſis conventibus, non ſine magnis gravibusq́; expenſis, abſq; tamen ullo fructu admonuerint & redarguerint, ideò commemorata omnia ad ſacram ſedem Romanam detuliſſe. (7.) Cùm nec tunc qvoqve cuncta hæc qvicqvam penſi habuerit, nihil aliud inde Electores conjicere potuiſſe, qvàm eum & Eccleſiæ & Chriſtiani orbis, imprimis autem ſacri Imperii, curam depoſuiſſe. (8.) Ideoq; malum hoc toti Chriſtianæ Reipubl. exitiale minimè diutiùs ferendum & tolerandum cenſentes, animo benè confirmato, poſt multos varioſq́; tractatus, conſultationes tum inter Electores ipſos, tum etiam cum aliis Principibus & Optimatibus ſacri

 Imperii,

Imperii, ſeriò habitas, pro Eccleſiæ ſalute, Chriſtiani orbis conſolatione, ſacri Imperii honore & utilitate, præfatum Dominum VVenceslaum, tanqvam negligentem & deſtructorem Imperii; eoq; indignum, à ſacro Romano Imperio omniq; ejus dignitate, hoc tempore penitùs removendum duxiſſe & removiſſe.

§. 3. Miror h. l. ſcholaſticam ſingularitatem *Bœcleri Notit. S.R. Imper. L.IV. c. 1.* ubi videtur ipſi dubium, an legalitèr & ordinariè iſta VVenceslai deſtitutio facta? Reſpondet ipſe ibidem *d. l. Affirmari ſanè non poteſt.* Et ſic videtur arguere ſapientiſſimum Electorale Collegium alioſq; S. I. Status, ac ſi non legaliter egerint. Cum *Stamlerò* igitur hæſitat, qvi ejusdem eſt ſententiæ: uterqve tamen meritò explodendus; cùm Electores & Status poſt tot ſaluberrima monita, conteſtationes, convocationem & citationem, deliberato & cunctabundo conſilio tandem ad iſtum depoſitionis actum proceſſerint: Præſertim qvòd pro Sereniſſimis Electoribus & Statibus, propter juramentum, qvo Imperio obſtricti, major ſit præſumtio rei rectè geſtæ, qvam forſan *pro Bœclero & Stamlero* cenſoribus iſtis. Nihil in contrarium facit, qvosdam deſtituti licèt VVenceslai partes adhuc foviſſe: Sic enim nulla facilè deſtitutio pro legitima eſſet, ſi omnium omninò reqviretur approbatio: Sunt enim plerumq; ſtudia partium maximè in tali negotio. Illorum maxima hìc erit ratio, qvibus maximum arbitrium.

Qvæſtio,

Qværſtio, An privilegia à VVenceslao conceſſa pro validis vel invalidis habenda?

(Dictum de hoc: ubi diſtinctio inter privilegia qvæ VVenceslaus de novo conceſſit, & qvæ ab anteceſſoribus conceſſa confirmavit; Notabatur cenſura *Bœcleri d. l.* qvi iſtam diſtinctionem pro non idonea putat. an rectè, *h. l.* dictum.

CAP. XVII.

De Imperatoris Prærogativa, Curialibus & morte.

MEMBRUM I.

I.

PRærogativa Imperatoris inter Principes Europæ potiſſimum maxima, & tamen in aliis orbis partibus venerabilis.

§. 1. Illa verò prærogativa conſiſtit maximè in Titulis, præcedentia, inſignibus, juribus aliis.

(Dicebatur *h. l.* nonnulla de Imperatore Turcico, qvinam curialis reſpectus inter hunc & Imperatorem noſtrum obtineat.)

§. 2. Tituli ſunt: Imperator, Cæſar, Auguſtus & aliiii.

(Deducebantur hæc nomina ex antiqvitate Roman. qvâ notione & ſignificatu curiali, diverſo tempore, uſurpata fuerint.)

 Disqvi-

Disqviſitum *h. l.* 1. Qvando vocula *ſemper* titulo *Auguſti*, adjecta.

2. An rectè ſe habeat verſio Germanica Allzeit Mehrer des Reichs.

Defendebatur hæc contra *Bœcler. L. 4. c. 1 qvi hanc verſionem vel ex ignorantiâ hiſtoriæ vel affectatione elegantiæ profectam dicit; & Limnæum, qvi putat, qvaſi uſus rationem vicerit in hac verſione. v. Eund. Obſervat. VIII. n. ult. ad proœm. A. B. ſed. conf. Aurel. Victor. in vit. Auguſt.*

3. An *vocab: ſemper* connecti debeat Titul. Auguſt. an præcedentib. v. g. Victor ac Triumphator. *v. Limnæ. d. l.*

(De ſingulis qvædam notata.)

MEMBRUM II.

§. 1. De ambitioſâ aliorum æmulatione circa Imperatoris titulum &c. *h. l.* referebatur.

§. 2. Qvæſtio 1. An Titul. Rex Germaniæ, differat ab Imperator. nomine?

Qvæſt. 2. An titulus Regni Germanici prævaleat aliorum Regiis Titulis.

Qvæſt. 3. An Imperator rectè vocetur caput Chriſtiani populi?

(Dictum de ſingulis per rationes & exempla: ubi adjecta qvædam de Titulo Domini Mundi. Item Ducis Paſſagiorum; ex hiſtoriâ pleniùs in diſcurſu deducta.)

§. 3. Mors inter modos, qvibus definit Imperator, meritò ponitur; qvam ſeqvuntur

exeqviæ

exeqviæ aliaq; ſolennia per Imperium &c. luctus argumenta.

(Huc certo modo pertinet illa Vicariorum & Moguntini denunciatio: Caſtra doloris, qvæ in defuncti honorem ab exteris Regibus eriguntur: aliaqve de qvibus *h. l.* ubi & de luctu Auguſtæ.)

§. 4. *Bulenger. de Rom. Imp. L. III. c. 6. ex Francor. Aunal. de apparatu funebri Carol. M. ſic: Corpus ejus aromatizatum eſt, & in ſede aurea ſedens, poſitum in curvaturâ ſepulchri, enſe aureo accinctum, Evangelium aureum tenens in manibus, & genibus reclinatis, humeris in cathedra, & capite honeſtè evecto, ligatâ aureâ catenâ ad diadema & in diademate lignum ſanctæ crucis poſitum eſt. Repleverunt ſepulchrum ejus aromatibus & muſco. Veſtitum corpus ejus veſtibus Imperatorum, & ſudario, ſub diademate facies ejus operta eſt. Cilicium ad carnem ejus poſitum eſt, qvod ſecreto ſemper induebatur, & ſuper veſtimentis Imperialibus per à peregrinalis aurea poſita eſt, qvam Romam portaret ſolitus erat. Sceptrum aureum, ſcutum aureum, qvod Papa conſecraverat, ante eum poſita ſunt pendentia, & clauſum & ſigillatum eſt Sepulchrum.*

CAP. XVIII.

De Vicariis Imperii.

MEMBRUM I.

I.

IMperio, ſi Cæſare & Rege Romanorum deſtituitur, præſunt Vicarii, tempore Interregni, ſubjecti Monarchici ſuſtinentes vicem, in diviſis Imperii partibus, poteſtate Imperatoriæ non ita diſpari.

Hinc vocatur derer beyden Chur-Häuſer höchſtes-Kleinod. *conf. Lundorp. Tom. 2. Actor. Publ. L. 2.*

II. Vicarii autem ſunt proviſores Imperii poteſtatem ſ. adminiſtrationem tempore Interregni ad tenorem Aureæ Bullæ gerentes.

§. 1. Proviſores vocat ipſa Aur. Bull. *c. 5. §. 2.* Germanic. verſio. Pfleger und Verweſer.

§. 2. Noſtri autem Imperii Vicarios ſaltem tractamus, qvamvis & aliis Regnis ſuo modo ſint Vicarii.

(Exponebantur hæc, ubi de diſcrimine inter Vicarios Imperii & aliorum Regnorum.)

III. Num autem Vicariorum qvædam ſit poteſtas, abſente tantùm Imperatore, qværitur?

§. 1. Aurea Bulla *c. 5. §. 1.* utitur modo loqvendi vacans Imperium denotante, non Cæſaris abſentiam, hinc pùtat *Limnæ. ad. d. l. A. B. Obſ. 1.* abſentiæ caſum *A. B.* non exprimi.

§. 2. Imperatoris igitur tribuunt arbitrio, qvem hoc caſu velit Vicarium.

Sic Frideric. I. expeditionem in Palatinum ſuſci-

ſuſcipiens Filium Henricum Vicarium reliqviſſe fertur.

(Adducebantur alia exempla.)

§. 3. Alii putant Vicariis ordinariis & tali caſu eſſe locum.

Qvod colligunt ex Reverſalibus literis, qvas Imperatores, alios in caſum abſentiæ Vicarios Imperii conſtituentes dederunt Vicariis Saxon. & Palatino, illam conſtitutionem ipſis haut fore præjudicio: *conf. Goldaſt.* Reichs-Satzungen/ *Tom. 2.* ubi exhibet ſimiles literas à Carol. V. Saxon. datas: *verb.* Wir Carl der V. &c. bekennen / als Wir itzo auf Unſerm gegenwärtigen Reichs-Tag mit Rath Chur-Fürſten / Fürſten und andern Ständen des Reichs / ein Regiment in Unſerm Abweſen in demſelben Reich zu halten aufgerichtet und beſchloſſen / daß Wir demnach dem Hochgebohrnen Hertzogen zu Sachſen und Churfürſten zugeſagt/ auch geſetzet und geredet haben/ und und thun das von Käyſerl. Macht wiſſentlich in Krafft dieſes Brieffes / daß demſelben Hertzog Friedrich ſolch Unſer und des Reichs Regiment an Seiner Liebden Vicariat Ampt/ nach Laut der Güldenen Bulle / kein Abbruch oder Nachtheil bringen ſoll/ noch mag/ in keiner Weiſe.

(Examinabatur hæc opinio: ubi de Palatini, qvod allegatur, privilegio, vi cujus in caſu abſentiæ qvoqve ſit Vicarius. *conf. Limnæ. d. Obſ. ad A. B. & Lehmann. Chronic. Spirenſ. c. 71.*

Verba privilegii: So ein Römiſcher Käyſer oder

oder König über Berg / oder aus dem Reich iſt/ Seiner Liebden und einem jeden Pfaltzgraffen/der Churfürſt iſt / die Verſehung und Verwaltung deſſelben gebühret und zuſtehet / wie Wir dann daſſelbe/ auch ſein hergebrachte Freyheit und privilegium hiervon/ confirmiret und beſtätiget. *v. Freher. L.1. Orig. Palatin. c. 15.* ubi & de confirmatione hujus privilegii ab Impp. Rudolpho II. Anno 1578. Maximilian. II. *Ann. 1559.* & Carol. V. *1521.* facta.

Hinc oritur Qvæſtio, an Imperator extra Germaniam concedens, alium, qvàm Palatinum, poſſit conſtituere Vicarium?

(Dictum de hac Qvæſt. ubi aliorum diſtinctio adducta.)

Hinc diſtingvunt alii (1.) inter Vicarios Imperii & Imperatoris. (2.) inter Vicarios generales & ſpeciales.

(Dictum de his Diſtinctionib9. *v. infr. hoc cap.*)

IV. Haut minor controverſia fuerit de origine Vicariatûs.

§. 1. Palatinum qvidam Saxonico antiqviorem, *conf. Limn. ad d. c.5. A.B. Obſ. 6.* alii contrarium aſſerunt. Nonnulli utrumqve per Auream Bulli dicunt introductum. Qvod de Saxonico vi *§. 2. d. c.5. A. B.* qvidam permittunt, nullo tamen utrinqve fundamento.

§. 2. Goldaſtus *in Rational. Conſtit. & Reſcript. Imper. p.99.* dicit, hoc munus Vicariatus, communi Principum voluntate, primùm Rudolpho Comiti

miti Palatino Rheni collatum, circiter annum Domini *MCCL.* Qvam ſententiam rejicit Autor des kurtzen Gegenbedenckens und Bericht von der Churfürſtl. Pfaltziſchen Vicariats-Gerechtigkeit. *pag. 13.* ubi ſtatuit: Es ſey unwiderſprechlich wahr/ daß ſolches Pfaltziſche Vicariat allererſt mit der Güldenen Bullen Kayſer Carl des Vierdten *Anno 1653.* zu Nürnberg aufgerichtet/ ſeinen Anfang genommen habe.

(Exputabantur hæc.)

§. 3. Freherus *Lib. II. ad Petr. de Andbo.* Vicariatus Palatini vetuſta dicit fundamenta ex veteri præfecturâ Palatii, Knichen. *de Saxon. non provocand. c. 1. n. 121.* ante Otton. III. tempora ponit Palatin. Vicariatum. Buxtorffius *Diſſert. ad A. B. Concluſ. 56.* poſt Rudolph. I. collocat ejus originem.

(Inqvirebatur in hæc: ubi adducebatur *Freheri d. l.* & Autoris *ad Inſtr. Pac. Part. 1. Diſcurſ. 19.* ſententia de origine Vicariatus Saxon.)

§. 4. Probabilius eſt dicere, originem, ut plurium in *Aur. Bull.* eſſe ab incerta conſvetudine, per Aur. Bull. pòſt probatâ.

Palatinus enim & Saxo qvondam in certis Imperii diſtrictibus Palatini ſ. Vicarii Cæſarum Judices hanc dignitatem & in aliis negotiis vacante Imperio, occaſione illius Comitivæ ſ. Præfecturæ Palatii, videntur meruiſſe, confirmante Carol. IV. dicto loco *A. B.* Hinc & *Freher. d. l. 2. ad Petrum de Andlo, ſcribit: Vicariatum Palatini*

ſuum

fundamenta admodum habere vetuſta, ex jure præfecturæ Palatii veteris, ſive Majoratus domus apud Francorum Reges uſitato.

Vicariatum Imperii gerunt, non Pontifex, qvamvis ſibi arroget, nec totum Electorale Collegium, nec Rex Romanorum aliàs qvidem Vicarius, non tamen hoc caſu, ſed Saxo & Palatinus.

MEMBRUM II.

§. 1. Sunt igitur illi generales Imperii Vicarii, *v. d. c. A. B.* Ille in partibus Imperii, ubi Saxonicum; Hic ubi Francorum jura olim obtinebant, qvamvis nec hodiè obtineant, modò loca Imperii non ſint ſubtracta.

Qvæſtio, (1.) An in illis locis, qvæ qvidem Jus Franconic. vel Saxon. habeat, Imperio tamen adducta ſint, obtineat Vicariatus?

(Per Diſtinctionem ad h. Q. reſpond.)

Qvæſt. 2. An in illis Imperii provinciis, ubi olim, ſed hodiè non ampliùs Jus Saxonicum in uſu, exerceatur Vicariatus?

(Reſpond. ad h. Q. Affirmand. ſublato enim ſigno, qvondam non ſtatim tollitur res: Nec qværitur, ubi hodiè, ſed ubi Jus Saxonicum obtinuerit. Unde Saxon. literis vicariat: denunciationis: An Enden des Sächſiſchen Rechts und in Unſer Vicariat gehörenden provincien.)

De exceptione Principis Oſt-Friſiæ An. 1658. circa Vicariatum, *h. l.* qviddam notabatur.

§. 2. Edictum Vicariatus Elector. Saxon. poſt mortem

mortem Rudolph. II. ita exhibet *Goldaſt.* Politiſchen Reichs-Händeln. T.7. Von Gottes Gnaden Wir Johann Georg/Hertzog zu Sachſen/etc. des Heil. Römiſchen Reichs Ertz-Marſchall/ Churfürſt/ und deſſelben Reichs in den Landen des Sächſiſchen Rechtens und an Enden in ſolchen Vicariat gehörende dieſer Zeit Vicarius &c.&c. Und geben Euch aus hochbetrübtem Gemüth zu erkennen / daß Gott der Allmächtige weil. den Allerdurchlauchtigſten / Großmächtigſten Fürſten Herrn Rudolph den II. erwehlten Römiſchen Käyſer ꝛc. Unſern Allergnädigſten Herrn hochſel. Gedächtnüß / vor wenig Tagen durch ein ſeeliges Ende aus dieſem Jammerthal zu ſich abgefordert/ꝛc. Wann dann Uns / als Churfürſten und Hertzogen zu Sachſen/ nach Ausweiſung der Güldenen Bull/ Käyſerl. Belehnung und uhraltem Herbringen Unſerer hochgeehrten Vorfahren / dieſe Zeit / da das Reich mit keinem Haupte verſehen/die Verwaltung und Verſehung deſſelben Reichs an Enden des Sächſiſchen Rechten und in Unſer Vicariat gehörende Provincien zuſtehet.

Edictum Vicariatûs , qvod Bavarus ultimo interregno propoſuit, ſic ſe habet : Von Gottes Gn. Wir Ferdinand Maria in Ober- und Nieder-Bayern/ / auch der Ober-Pfaltz Hertzog / Pfaltzgraff bey Rhein des Heil. Röm. Reichs Ertz-Truchſeß und Churfürſt / und in den Landen des Rheins/ Schwaben und Fränckiſchen Rechtens Fürſeher und Vicarius, Landgraff zu Leuchtenburg/

burg/ ꝛc. Entbiethen allen und jeden des Heil. Reichs Churfürſten und Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen / Prälaten / Graffen und Freyen/ Herren / Rittern Städten / Gemeindten / ſonſten allen andern des H. Reichs Verwandten/ Unterthanen und Angehörigen / was Würdens/Standes und Weſens die ſeyn / Unſere freundliche Dienſte/ freundlichen und gnädigen Gruß/ Gnad und alles Guts zuvor. Hochwürdige / Durchläuchtige/ Ehrwürdige / Hochgebohrne/ Würdige/ Hoch- und Wohlgelahrte/ Edle/ Ehrſame und Weiſe / beſonders liebe Freunde / etc. Vetter und Oheim/ liebe Getreue und Beſondere. Euer Ld. Freundſch. und Euch fügen Wir hiermit dieſen Unſern offenen Brieff freundlich und gnädig zu wiſſen : Nachdem Gott der Allmächtige nach ſeinem unwandelbaren Rath und Willen weil. den Aller-Durchleuchtigſten / Großmächtigſten Fürſten und Herrn / Herrn Ferdinand den Dritten/ erwehlten Römiſchen Käyſer / zu allen Zeiten Mehrern des Reichs in Germanien/ zu Hungarn und Böhmen ꝛc. König / Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich / Hertzogen zu Burgund / in Ober- und Nieder-Schleſien ꝛc. Burggraffen zu Mähren/ Graffen zu Tyrol und Görtz ꝛc. Unſern Allergnädigſten Herrn und Herrn Vettern/ hochlöbſeeliger Gedächtniß / Montags / den andern gegenwärtigen Monats April / aus dieſem mühſeeligen und zergänglichen Leben / durch den zeitlichen Tod abgefordert/ und dadurch / mit und neben unſerm

Chur-

Chur-Haus zuſtändigen / durch Käyſerl. conceſſion ordentlich erlangten / oder durch den jüngſten Frieden-Schluß / als ſanctionem publicam confirmirten Chur- und Wahl-Recht und allen denſelben Churfürſtl. dignität anhängigen Regalien / Hoheiten / Würden / Vorſitz / Recht und Gerechtigkeiten / nichts dran ausgenommen / auch die Proviſion, Verwaltung und Vicariat des Heil. Reichs / in allen Landen des Rheins / Schwaben und Fränckiſchen Rechtens / biß daſſelbige / nach dem Willen des Allmächtigen / anderwerts wiederumb mit einem ordentlichen Haupt verſehen / Uns anerwachſen / und nach weis der Güldenen Bull / dieſelbige Verweſung und Vicariat uns nunmehr gebührend zuſtehet / daß Wir Uns zu des Heil. Reichs / und deſſen Ständ Ehr / Nutzen und Wohlfahrt ſchuldig erkennet / ſolche Verwaltung und Vicariat vermög obberührter Käyſerl. Conceſſion, und des im Röm. Reich publicirten Friedenſchluſſes / auf uns zu nehmen / und demſelben Unſerm beſten Vermögen nach vorzuſtehen.

Wiewohl Wir Uns nun keinen Zweiffel machen / E. Ld. Freundſchafft / und Ihr dieſes Uns und Unſerm Chur-Haus anerwachſenen Rechtens / Würden und dignität ohne das gute Wiſſenſchafft tragen werdet: So habẽ Wir iedoch / zu mäñigliches Nachrichtung deſſelbigen / und daß Wir Uns ſolcher Verwaltung und Vicariats würcklich unterzogen / durch dieſen Unſern offenen Brieff allenthalben verkündigen und publiciren wollen: Uns

demnach freundlich und gnädig verſehend / auch begehrend / Euer Ld. Freundſchafft und Ihr werden und wollen ſich / in Zeit dieſes Unſers Vicariats zu gedeylicher Wohlfahrt des Heil. Reichs / auch Erhalt- und Fortpflantzung Friedens / Ruh und Einigkeit / alles friedlichen und ruhigen Weſens befleiſſigen / keiner den andern mit Gewaltthaten beſchweren / ſondern vielmehr / da in eines oder andern Ortes Mißhelligkeiten entſtehen wolten / dieſelben und deren Erörterung bey uns / als Vicarium, ſuchen und bringen: Seynd Wir des Chur-Fürſtl. geneigten Gemüths und Erbietens / männiglichen in ſeinem Anbringen zu hören / und darauf Recht und Billigkeit dermaſſen wiederfahren zu laſſen / damit ſich niemand mit Fuge zu beſchweren Urſach haben möge.

Neben dem auch / ob Wir Uns wohl nicht verſehen / daß ſich Zeit wehrenden Unſern Vicariats, in dem Heil. Reich etwas beſchwerliches erheben werde / (dafür denn auch die Göttliche Allmacht inniglichen anzuruffen und zu bitten) nichts deſto weniger aber auf den unverhofften widerwärtigen Fall mit Euer Ld. Freundſchafft / Eurem und andern des Heil. Reichs Ständen / Rath und Hülff allen möglichen Fleiß anwenden / damit durch Verleihung des Allmächtigen / Ungemach / Schaden und Gefahr von dem Heil. Reich abgewendet / und alles in guten friedlichen Stand und Weſen erhalten werde. Zu denen Wir Uns auch alles getreuen Beyſtandes und Aſſiſtentz, der

Gebühr

Gebühr nach/ getröſten und verſehen / wie dißfals zu Euer Liebden Freundſchafft und Euch Unſer gäntzliches Vertrauen gerichtet iſt / und dieſelben und Ihr daran ein gut / löblich und billig Werck / wie es des Heil. Reichs unvermeidentliche Nothdurfft erfordert/ bezeigen thut/ das wollen Wir umb Eur. Liebd. Freundſchafft und Euch/ ſampt und ſonders / mit Freundſchafft beſchulden und erkennen. Geben zu München / in unſerer Reſidentz- und Haupt-Stadt / unter unſerm voran gedruckten Secret-Inſiegel den 12. Monats-Tag Aprill / Chriſti unſers Heylandes und Seeligmachers Geburt / im ſechzehenhundert ſieben und funfftzigſten Jahre.

Literæ vel Edictum Vicariatus Palatini ſic concipiebantur: Wir Carl Ludwig von Gottes Gnaden / Pfaltz-Graff bey Rhein/ des Heil. Römichen Reichs Ertz-Schatzmeiſter und Churfürſt/ und in den Landen des Rheins / Schwaben und Fränckiſchen Rechtens Fürſeher und Vicarius, Hertzog in Bayern ꝛc. Entbiethen allen und ieden des H. Reichs Churfürſten/ Fürſten / Geiſtlichen und Weltlichen / Prälaten / Graffen / Freyherren/ Herren / Rittern / Städten/ Gemeinden/ und ſonſt allen andern des Heil. Reichs Verwandten / Unterthanen und Angehörigen / wes Würdens / Standes oder Weſens die ſeyn / Unſere freundliche Dienſt / freundlichen/ günſtigen /gnädigen und gnädigſten Gruß Gnad und alles Gutes zuvor.

Hochwürdige / Durchläuchtige / Ehrwürdige / Hochgebohrne / Würdige / Wohlgebohrne / Edle / Ehrſame und Weiſe / beſondere liebe Freunde / freundliche liebe Vettern / Schwägere / Brüder und Gevattern / liebe Getreue und Beſondere: Euer Liebd. und Euch fügen Wir mit dieſem Unſern offenen Brieff dienſtfreundlich / freundlich / günſtig / gnädig und gnädigſt zu wiſſen. Nachdem Gott der Allmächtige nach ſeinem unwandelbaren Rath und Willen / weiland den Allerdurchläuchtigſten und Großmächtigſten Fürſten und Herrn / Herrn Ferdinand den Dritten / erwehlten Röm. Käyſer / zu allen Zeiten Mehrern des Reichs / zu zu Hungarn / Böhmen / Dalmatien / Croatien und Schlavonien ꝛc. König / Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich ꝛc. Unſern Allergnädigſten Herrn / hochlobſeeligſter Gedächtnüß / Montags den 2. Aprill neuen ſtyli, aus dieſem mühſeeligen und zergänglichen Leben / durch den zeitlichen Tod abgefordert / und dadurch nunmehr / vermög ausdrücklicher Verordnung der Güldenen Bullen / Käyſerl. und Königl. confirmationen und privilegien / und des klaren unverruckten Herkommens und obſervanz, wie auch Münſter- und Oſnabrückiſchen Friedenſchluß ꝛc. Krafft deſſen die Pfaltzgraffſchafft bey Rhein / mit allen Rechten / wie ſolche Unſere Vorfahren vor dem Krieg gehabt / Uns reſtituiret: Uns / als Pfaltzgraffen bey Rhein / ratione Principatus ſeu Comitatus Palatini, die proviſion, Verwaltung und Vicariat des Heil. Reichs / in den

Landen

Landen des Rheins/ Schwaben und Fränckiſchen Rechtens / biß daſſelbe / nach dem Willen des Allmächtigen anderwerts wiederumb mit einem ordentlichen Haupt verſehen/anerwachſen/daß Wir Uns zu des Heil. Reichs und deſſen Stände Ehr/ Nutzen und Wohlfahrt / ſchuldig erkant / ſolche Verwaltung und Vicariat nach Anleitung obberührter Güldenen Bull/ confirmationen/ privilegien Herkommens bey der Pfaltz / und Friedenſchluſſes / auf Uns zu nehmen / und demſelben/ unſern beſten Verſtand und Vermögen nach vorzuſtehen.

Wiewohl Wir Uns nun keinen Zweiffel machen/ Euer Liebd. und Ihr / dieſes der Pfaltzgraffſchafft bey Rhein anerwachſenen Rechtens/Würden und dignität ohne das gute Wiſſenſchafft tragen werdet ; So haben Wir iedoch zu männigliches Nachrichtung daſſelbe / und daß Wir Uns ſolcher Verwaltung und Vicariats würcklich unterzogen / durch dieſen unſern offenen Brieff allenthalben verkünden und publiciren wollen.

Uns demnach dienſtfreundlich / gunſtgnädig und gnädigſt verſehend/ auch begehrend/ E. Liebd. und Ihr / werden und wollen ſich / in Zeit dieſes Unſers Vicariats / zu gedeylicher Wohlfahrt des Heil. Reichs / auch Erhalt- und Fortpflantzung Friedens/ Ruh und Einigkeit/ alles friedlichen und ruhigen Weſens befleiſſigen/keines den andern mit Gewalthaten beſchweren / ſondern vielmehr/ da ie eines oder andern Orts Mißhelligkeiten entſtehen

wolten / dieſelben und deren Erörterung / bey und an Uns/ als Vicarium, ſuchen und bringen. Sind Wir des geneigten Gemüths und Erbietens/ männiglichen in ſeinem Anbringen zu hören / und darauf Recht und Billigkeit dermaſſen wiederfahren zu laſſen / daß ſich niemand mit Fug zu beſchweren Urſach haben möge ; Neben dem auch/ ob Wir Uns wohl nicht verſehen/ daß ſich Zeit wehrenden unſers Vicariats/ in dem H. Reich etwas beſchwerliches erheben werde/ (dafür dann auch die Göttliche Allmacht inniglich anzuruffen und zu bitten) nichts deſto weniger aber / auf den unverhofften widrigen Fall/ mit Euer Liebd. Euren und andern des Heil. Reichs Ständen Rath und Hülff / allen möglichen Fleiß anzuwenden/damit durch Verleihung des Allmächtigen/Ungemach/ Schaden und Gefahr von dem Heil. Reich abgewendet/&c. &c.

MEMBRUM II.

VI. Concludunt ex *d. c.5. A.B. ſſ.1.2.* Imperium olim duplex ſaltim jus Saxonicum & Franconicum uſurpaſſe, ita ut horum jurium primarii Judices ac Interpretes meritò & Vicarii locorum his juribus utentium fuerint poſiti.

(Dictum hìc de duplici iſto Jure, an tantum illud in Germaniâ obtinuit.)

VII. Hactenus in qvietâ juris hujus poſſeſſione Palatinus.

Verùm poſt *Inſtr. Pac. Oſnabr.* potiſſimùm *artic. IV.* à Bavaro Electore mota controverſia:

Qvæ ultimo interregno poſt Ferdinand. III.

fata

ſata, maximè efferveſcebat, rei poſſeſſione à Bavaro tum ferè intercepta, ſcriptis interim, dum decretum Imperii expectatur, reciprocè pugnantibus.

Partium fundamenta *h. l.* referbantur; maximum ex illis putatur, num Vicariatus ſit annexum Electoratûs, an Comitatûs Palatini.

Illud Bavarus; hoc Palatinus rectiùs fortè defendit. *conf. n. 6. & ſ. h. c.* nam ex origine hujus Juris poteſt aſſe judicium.

Add. Den kurtzen und Summariſchen Bericht / daß das Vicariat in Landen des Rheins/ Schwaben und Franckiſchen Rechtens/des Herrn Pfaltzgraffen / und Vicarii, Carl Ludwigen Churfürſtl. Durchl. von Rechts wegen zuſtehen und gebühren thut / gedruckt zu Heydelbergk *Anno MDCLVII.* verb. Es iſt Reichs- ja weltkündig/ auch aus bewehrten Hiſtorien-Schreibern / aus der Güldenen Bull Käyſer Carl des Vierdten/ aus vielen Kayſerl. und Königlichen privilegien/ und deroſelben / nach und nach/ von einem Kayſer zum andern erfolgten confirmationen / ja dem uhralten Herkommen und obſervanz ſelbſten überflüſſig zu beweiſen / wann das Römiſche Reich ſeines ordentlichen Haupts / entweder durch deſſen Todfall / oder Abweſen / in Mangel ſtehet / und vacirend wird / daß den Pfaltzgraffen bey Rhein/ Churfürſten &c. die Verweſung deſſelbigen in den Landen des Rheins / und Franckiſchen Rechtens / biß zu deſſen anderwärtigen Beſtellung/

Und zwar ratione & reſpectu Comitatus Palatini, in Krafft der Güldenen Bull / und angezogenen privilegien/ nicht allein zuſtehet und gebühret/ ſondern auch daß die Herren Pfaltzgrafen Churfürſten / von etlich hundert Jahren/ ja vor der Güldenen Bullen her / ſolch Vicariat und Verweſung des Reichs biß an die verwichene letztere Unruhe im Reich / benantlich noch annis MDCXII. MDCXIX. exerciert und in poſſeſſione deſſelben verblieben / deßwegen auf die bevor in offenen Druck ausgegangenen Tractätlein / und alle vornehme Politicos, ſonderlich aber die bey der Chur-Pfältziſchen Cantzeley mit gantzen Säcken voll ſich befindende actus Vicariatus, Kürtze halben beziehend.

Wiewohl nun nicht ohne / daß durch den zu Münſter und Oßnabrug aufgerichteten Friedenſchluß *artic. IV. §. & primò qvidem* &c. die Churfürſtl. Dignität mit allen Regalibus, officiis, inſigniis & juribus qvibuscunq; &c. beneben der Obern Pfaltz und Graffſchafft Cham / auf Chur Bayern transferirt worden/ dannenhero ſcheinen möchte / ob wäre mit und unter ſolchen Worten zugleich auch ſolches Vicariat, als ein vornehmſtes Stück ſolcher Chur-Würde / dem Churfürſten Pfaltzgraffen benommen/ und dem Churfürſten in Bayern zugelegt worden. So iſt doch hingegen zu wiſſen und wohl zu mercken/ daß ſolche Vicariats-Gerechtigkeit und Hoheit / kein dependenz der Churdignität/ſondern ein inſeparabile connexum

der

der bey dem Chur-Haus Pfaltz verbliebenen Pfaltzgraffſchafft bey Rhein / iederzeit geweſen und noch ſey. Dannenhero &c.

Dann daß ſolch Vicariat kein dependenz der auf das Haus Bayern transferirten Chur/ſondern der Pfaltzgraffſchafft bey Rhein ſey / erhellet nicht allein überflüſſig aus dieſem / daß die Pfaltzgraffen bey Rhein lang vor der Güldenen Bull / und ehe ſie Churfürſten geweſen / vigore præfecturæ Prætorii, Majoratus Domus, & Palatii Comitatus Palatini, die Verweſung des Reichs und Vicariat verſehen &c.

VIII. Eadem ferè, qvæ Imperatoris, Vicariorum eſt poteſtas, niſi dentur caſus excepti, ut ſunt inveſtitura de Feudis Regalibus, Fahn- und Scepter-Lehn/alienationes & oppignorationes rerum Imperii, & omnia deniq; huic nociva munerią; Proviſorum contraria. *v. §. 1. c. 5. A. B.*

Hoc loco notabantur duæ Regulæ: 1. Qvod tantum poſſint Vicarii, qvantum Imperator, exceptis caſibus *d. c. A. B.*

2. Qvòd Vicarii tantum poſſint, qvantum ipſis in *Aur. Bull.* ſit conceſſum:

(Exponebantur hæ regulæ, in utramq; partem adductis rationibus: ubi contra *Limnæum* notabatur, eſſe diſtingvendum inter id, qvod Aur. Bull. præſcriptum, & qvod obſervantia Imperii ſit introductum.)

Hinc exercent ſinguli Vicarii (1.) Judicia Aulica inſtar Imperatoris ſuis in aulis. (2.) Ca-

meræ Imperialis, licèt ſub tractu Palatini ſitæ, proceſſus, utriusqve nomine ac ſigillo Saxon. & Palatin. communi hodiè peraguntur. (3.) Vicarii præſentant ad beneficia Eccleſiaſtica. (4.) Inveſtiunt de feudis minoribus exactô fidelitatis juramento, (5.) reditus Imperii colligunt. (6.) ſpecialem hujus dignitatis cudendam dant monetam.

Hinc movetur Qvæſtiones 1. An Vicarii aliqvem recipere poſſint in protectionem Imperii?

Qvæſt. 2. An Nobiles, &c. creare poſſint?

Qvæſt. 3. An vice Imperatoris legitimare? (Dictum de ſingulis.)

Hactenus de Vicariis generalibus: Speciales ſunt, qvi in ſingulari aliqva provincia vel diſtrictu Vicariatum exercent, maximè in Italia, *v.g.* Dux Sabaudiæ, Dux Mediolani, Modenæ &c.

(Huc refertur Vicariatus Dominorum de la Scala, de qvo h. l.)

De Vicariatu Ducis Mantuæ, cui ſe oppoſuit Dux Sabaud. *conf. Capitulat. Leopold. artic. 4. verb.* Wir thun auch das jenige / was das Churfürſtl. Collegium jüngſthin unterm dato den 4. Junii an ihnen (den Hertzogen von Mantua) wegen annullir- und Aufhebung des dem Haus Savoya zum Nachtheil unterfangenen Käyſerl. und Reichs Vicariats und Generalats in Italia geſchrieben / hiermit allerdings einwilligen und

und beſtätigen / dergeſtalt / daß Wir ob deſſelben Begriff veſtiglich halten / und die Hertzoge von Savoya bey ihrer in Italia habender Vicariats-Gerechtigkeit und Priviligien gebührend ſchützen und handhaben wollen.

Huc adducebatur locus de 4. Vicariis Sigismund. Imp. Reformation. *apud Goldaſt. Tom. 2.* der Reichs-Satzung. *p. 136.* Man ſoll ordnen / daß ſeyn vier Vicarii des Reichs / da ein ieglicher des Reichs Gewalt haben ſoll / und ein Panier von dem heiligen Reich innen hab / die ſollen ſitzen in den vier Theilen der Chriſtenheit. Als ein Fürſt in Oeſterreich im einen Theil; ein Herr von Meiland im andern Theil; ein Herr von Saphoyen in dem dritten Theil; ein Herr von Burgund in dem vierdten Theil. Wann Stöß oder Mißhellung von Herren oder Städten irgend aufſtünden / das ſoll für ſie gebracht werden.

(Dictum de hoc.)

Qvæſtio, an magnis Imperiis conducat, habere plures eosq; perpetuos Vicarios?

Dictum de hac Q. aſſvetudine potentiæ naſcitur libido imperii. *add. Paſchal. de Coron. L. 9. c. 20. verb. Nam qvid aliud eſt, agere alicubi perpetuum Vicariatum Imperii, qvàm in propriâ ditione ſe jactare Auguſtulum, vix ullo reſpectu Auguſti: Hinc magnum validumq; Imperium, aut ſaltem parvæ magni Imperii reliqviæ traductæ ſunt ad provincialia dominia &c.*

Et

Et hæc à Vicariis geſta electus pòſt Imperator confirmat.

Finitur Vicariorum adminiſtratio finitâ Imperii vacantiâ, ſceptrum capeſſente novo Cæſare.

CAP. XIX.

De Collegio Electorali, Octavo Electoratu ejusqve duratione.

Membrum I.

I.

PRoximus à Vicariis Imperii ad Sereniſſimum hoc Collegium gradus: Nobiliores utpote poſt caput, partes Reipubl. continens. qvæ velut immobiles columnæ ſervant, ac tanqvam candelabra lucentia illuminant Imperium. procem. *A. B. c. 12. ʃʃ. 51.*

II. Collegium Electorale eſt Collegium Imperii primarium electionis ac conſultationis jure aliisq; prærogativis in Imperio gaudens.

§. 1. Inter perpetua Imperii Collegia eminentius hôc non dixeris, non qvà ſubjecta tantùm qvibus conſtat, ſed & jura, vi qvorum Imperatores & reges dant Imperio, in reliqvis non minùs de hujus ſalute ſoliciti; hìnc & pars corporis Imperatoris dicti, *c. 14.* §. *1. A. B.* qvorum

præſidio

præſidio dextra Imperialis roboretur potentiæ. *A. B. c. 3. §. 1.*

III. Nulla forſan Juris Publ. materia, qvæ magis ſcriptorum ingenia acuerit & calamum, in deducendis primordiis, qvàm prælaudatum hoc Collegium, idq; ob ſui eminentiam. Dignum qvippe arduas res ardua excolere induſtria.

§. 1. Id haut dubiè plurimi conceſſerint, ante Ottonis III. tempora omnes penes Imperii Proceres jus electionis fuiſſe, omnes licet non ſemper illud exercuerint.

§. 2. Sed tamen dantur ſcriptores, qvi Electorum numerum Carol. M. alii Frideric. I. vel Henrico II. iterum Conrado II. aut III. alii, pleriqve verò Ottoni III. & Gregorio V. Pontifici tribuunt, ambigui tamen, uter horum hìc partes tulerit primarias.

§. 3. Maximè verò hanc tractant controverſiam *Onaphrius Panvinius, Tract. de Comitiis, Baronius in Annalibus Tom. X. Mallinkrot. Tract. de Archicancell. Imper. L. 2. c. 3. Gewold. de Septemvirat. Bellarmin. de Translation. Imper. Pontificii. Dreſſerus* in confutation. *Bellarmin. Heigius L. 1. Quæſt. Lehmannus Chronic. Spirens L. 5. c. 17. noſtrates.*

§. 4. Gevvoldus *de Septemv. c. VI. & plurimi qvos allegat, v. g. Marſil. Patavin. de Translation. Imper. c. XI. Magn. Chronic. Belgic. de An MC XC IV. Lupold. Babeberg. de Jur. Regn. & Imper. c. 12. Joh. Baptiſt. Platin. in vita Gregor. V. Trithemium, Nauclerum & alios.* ultimam de Ottone & Gregorio fovent opinionem, citra tamen fidem

histo-

hiſtoriæ. Martinus Polonus, primus, ut volunt, hujus ſententiæ Autor.

(Inqvirebatur in iſtam opinionem, ejusqve defenſores, an ſynchroni ſint ſcriptores, & qvid in illis deſideretur.)

H. l. movetur Qvæſtio, an iſte Autorum numerus faciat *h.l.* communem opinionem?

(Dictum de hoc.)

Adducebatur illa ſuſpecta conſtitutio Gregor. V. vel Otton. III. *verb.* Imperatorum nullus hæreditariam dignitatem vendicato. Principes ſex, ſacri ordinis tres, profani totidem, eum deligunto. Hi diſcordes ſi fuerint, Bohemiæ Regem cooptando. *v. Bizarr. Hiſtor. Genuenſ. L. XXIII. add. Goldaſt. Tom. III Conſtit. Imperial.* Item in Reichshandlungen *p. 16.*

(Examinabantur hæc, adductis ſimul aliorum judiciis.)

§. 6. Sed hæc opinio, aliqvot ſeculis recepta, demum ab *Aventino, Panvinio,* aliisqve recentioribus impugnatur, ſubſtitutâ probabiliori: Cùm enim certa hujus deſit conſtitutio, certum tamen ſit noſtrum Collegium, rectiùs concludunt, id non uno, ſed pluribus, Interregni tempore, cœpiſſe actibus. Utpote turbulenti tum Imperii curam potiores potiſſimùm ſuſcipiebant, cæteris privato vigilantibus, jure electionis ſic tacitè paucis permiſſo.

§. 7. Electio conſvetudine ad ſeptem ſic redacta confirmatur à Carol. IV. Aur. Bull. reli-

qvorum

qvorum Statuum conſenſu. *conf. c. 1. §. 1. Aur. Bull. verb. & Principes Electores ad Electionem hujusmodi, juxta antiqvam & laudabilem conſvetudinem &c. add. c. 2. §. 5. c. 4. §. 4. &c. d. A. B.*

MEMBRUM II.

Hìc qværitur 1. An Carol. IV. in Aur. Bull. priovocet ad dictam Pontific. Conſtitutionem?

Qvæſt. 2. An illa conſvetudo, cujus in *A. B.* mentio fit, pro *interpretativâ*, ut vocant, habenda:

(Dicebatur de ſingulis.)

* Opponunt *c. venerabilem xtr. de electione & elect. poteſt.* item dictum Elector. Moguntin. qvod *Sabin.* in electione Carol. V. deſcripta ſic recenſet: Hæc certamina, ut ad poſteritatem caveret Otto, III. graviſſimo conſilio, & comprobante Romano Pontifice, collegium Electorum inſtituit, cujus Collegii ſapientia & fide jam annos qvingentos Imperii poſſeſſio in hac natione relinqveretur, qvod non Germanicæ nationi glorioſum, ſed & toti Europæ multis modis ſalutare eſt.

(Diſqviſitum de veritate horum, qvæ refert Sabinus.)

Huc producebatur ſententia *Arumæi. Diſc, ad A, B. III.* ubi dicit: qvò minùs Principes cæteri, ſe jure electionis excluſi ſentirent, ad Comitia cum Electoribus, uſqve ad Carol. IV. tempora vocati fuere, ſicut indubitato *Naucleri* teſtimonio conſtat: ubi de Gunthero Schvvarzb.

(Annotata qvædam de hoc.)

IV.

IV. Myſticus & ſacer velut hactenus ſeptenarius Electorum numerus. *v. Proœm. A, B*, Aſt, ut luctuoſa erant belli Germanici tempora, Friderico V. Palatino, propter coronam à Bohemis acceptam, à Ferdin. II. exautorato, Electoratus ejus Maximiliano Bavariæ Duci ſolenniter confertur.

(Relata *h. l.* qvædam ex hiſtoria hujus ſeculi.)

§. 1. Et iſtam collationem cum Electoratûs privilegiis ſuperiori Palatinatu & Comitatu Cham factam tandem probavit. *Inſtrument. Pac. Oſnabr. artic. IV.* hac tamen ſub lege, ut pro Archidapiferatu Bavaro conceſſo, Palatino detur Architheſaurariatus. novus & octavus Electoratus. *v. d. art. 4. Inſt. Pac.*

(De hac Controverſia in Oſnabrugenſ. conventu, h. l. dictum.)

§. 2. Durabit autem octavus Electoratus, qvousqve VVilhelmina ſ. Bavarica in maſculis duraverit linea, qvâ extinctâ, extingvitur Architheſaurariatus, Archidapiferiâ ad Palatinum iterum cum juribus redeunte. *v. d. art. IV.*

CAP. XX.

De

Inſignibus Electorum Juribus & prærogativis.

MEMBRUM

MEMBRUM I.

I.

ELectoribus ſingularia præ reliqvis Imperii Statibus competunt Jura & prærogativæ, eaqve vel ut ſingulis, vel ratione Collegii.

(Hæc jura præcipua vel ex Aur. Bull. vel ex uſu & obſervantia, qvam inſecutæ ſunt Leges & Decreta Imperii.)

§. 1. Ratione Collegii inter jura eorum præcipua (1.) maximè hoc eminet, qvòd juxta tenorem *Aur. Bull. c. 2. §. 1. 2. 3. &c.* caput populi Chriſtiani, Regem videlicet Romanorum in Cæſarem promovendum eligant. probante hoc *Aur. Bull. conf. c. XIX.*

§. 2. (2.) Qvod Electoribus ſit conceſſum Electoralem inſtituere conventum de Imperii & propriâ ſalute, qvotannis aut qvoties velint. *conf. Aur. Bull. c. 12. §. 1. 2.*

Qvæſtio 1. An ſine præſcitu Imperatoris hi conventus habeantur?

(Dictum de hac Qvæſt. ubi examinata *Arumæi ad A. B. Diſc. V. & Carpzovii de Leg. German. Reg. c. V. ſect. 7.* opinio.)

Qvæſt. 2. An ejusmodi Conventus hodiè non ampliùs in uſu?

(Dictum & de hoc, ubi notabatur opinio *Sinoldi Diſputat. VIII. theſ. 20.*)

§. 3. Qvæſt. 3. De qvibus negotiis agatur in Electoral. convent?

(Et ad hoc Reſponſ. in Diſcurſ. ex Pacto Unionis Elector. *de Anno 1521. §. 1. verb:* Von Nutz und Nothdurfft des Heil. Reichs. & *§. 16.* Von obliegenden Nothdurfften des Heil. Reichs / und andern Sachen der Einung. *ex Capitulation. verb:* Von Ihrer und des Heil. Reichs Nothdurfft/ auch ſo ſie beſchwerlich Obliegen haben/ daſſelbe zu bedencken / und zu berathſchlagen. *add. Capitul. Ferdin. III. art. 7.*

Qvæſtio 4. An Bohemus ad hos Electoral. conventus adhibeatur?

(Reſpondetur ad h. Q. diſtinctè, ratione temporis: ubi adducebatur, qvid Capitulation. de hoc diſponant.)

Qvæſtio 5. Qvid obtineat, ſi in conventu Electorali incidenter de Electione Regis Romanor. agatur, an vocandus Bohemus?

§. 4. Exemplum h. Q. A. 1486. de qvô *h. l. conf. Goldaſt. Part. II.* der Reichsſatzungen. *p. 178.* ubi Electorum literæ & teſtimonium: *verb.* Wir &c. bekennen und thun kund öffentlich mit dieſem Brieffe / nach dem / als nach unſers lieben HErrn Geburth 1486. Jahr Wir von der Käyſerl. Majeſt. auf einen Tag gen Franckfurt am Mayn in etlichen des Römiſchen Reichs Geſchäfften / und nicht von wegen der Wahl eines Römiſchen Königs gefordert / daſelbſt aus zufälligen Sachen/ einen Römiſchen König zu wehlen/ gut zu ſeyn im Rath befunden; Und ſo ſolche Wahl geſchehen/ und der Durchlauchtigſte Fürſt/ Herr

Herr Uladislaus, König in Böhmen/ Marggraff zu Mähren/ ꝛc. Unſer lieber Herr und Oheimb/ aus nicht Förderung zu ſolcher Wahl / Unwillen und Verdruß empfangen / derhalben aus Inhalt einer Verſchreibung oder Privilegii, ſeinen lieben Vorfahren/ Königen zu Böhmen / als Churfürſten des Heil. Röm. Reichs gegebenen fünffhundert Marck Golds zu fordern fürgenommen/ und ſo ſolche Nichtforderung Seiner Lieb zu angezeigter Wahl nicht in Verachtung oder Abbruch Seiner Königl. Würde/ Ehre und Gerechtigkeit/ ſondern allein aus zufälligen Sachen in der Eile beſchehen / auch Seine Lieb von dem Heil. Röm. Reiche und Uns/ für einen Churfürſten und Ertz-Schencken des Heil. Röm. Reichs für und für gehalten iſt/und noch gehalten wird. So haben Wir &c. obgenandte den Durchlauchtigſten Fürſten / Herrn Uladislaum, König in Böhmen &c. Unſern lieben Oheim / auch der löblichen Cron zu Böhmen / zu Ehren/Nutz und zu Erhaltung freundlicher Eintracht bewilliget / und für Uns und Unſere Nachkommen frey/und mit Wiſſen in Krafft dieſes Brieffs bewilligen / als ob der maſſen und Meinung / ſo und ob hinführo und zu ewigen Zeiten ein Röm. Käyſer oder König gewehlt und gekohren/ und der gemelte Unſer lieber Oheimb / Herr Uladislaus, König zu Böhmen darzu / wie ſich gebühret / nicht gefordert oder geheiſſen würde / und Wir / oder Unſer Nachkommen/ durch Uns oder Unſer Bottſchafft bey ſolcher

Wahl und Chur eines Römiſchen Königs/gegenwärtig ſeyn/ und ſolche Wahl oder Chur mit Unſer oder Unſer Nachkommen Wiſſen und Willen geſchehen würde / daß Wir alsdann/ oder Unſere Nachkommen/ Ihme fünffhundert Marck Goldes wollen/ ein ieglicher ſo viel inſonderheit für ſich bewilliget haben / und die in dreyen Jahren / iedes Jahr ein Drittel / dem genanten Unſern Herrn und Oheim/ dem Könige/ oder der Cron Böhmen zu bezahlen / ein ieglicher für ſich oder ſeine Nachkommen/ verfallen ſeyn/ *&c.*

MEMBRUM II.

§. 1. (3.) Tertium Jus Electorum præcipuum eſt, qvòd perpetuum, formale, eminentiſſimum Imp. Collegium tam in Comitiis, qvam extra, conſtituant.

(Hìc notabantur qvædam ex hiſtoria hujus ſeculi: Item de duplici pacto Unionis Elect.)

(4.) Habent in ſummis Imperii negotiis cum Imperatōre prædeliberandi facultatem.

(5.) Habent Jus admonendi Cæſarem de habendis Comitiis, ſi urget Imperii ſalus. *conf. R. J. de A. 1654.*

(6.) Comparantur Regibus in *Aur. Bull.* Nec tantum ab exteris, ſed à Cæſare qvoqve ipſis paria Regibus Curialia &c. exhibentur.

Exponebantur hæc latiùs. *conf. Aur. Bull. c. 6.* ubi de interpretatione *Rumelin. ad d. l. A.B. Part. 1. Diſſertat. V.* Addita qvædam, qvod Electores nonnun-

nonnunqvam Regibus controverſiam moveant de loco, & qvid juris ſit ſi Regum & Electorum Legati concurrant: ubi exemplum de Legatis Ducis Burgund. *Anno 1471. add. Capitul. Leopold, art. 5. verb.* Nachdem aber ſich auch eine Zeitlang zugetragen / daß ausländiſcher Potentaten / Fürſten und Republiqven Geſandten / und zwar dieſe unter den Nahmen und Vorwandt / als wären dieſelben Republiqven vor gekrönte Häupter / und alſo denſelben in Würden gleich zu achten / an den Käyſerlichen und Königlichen Höfen und Capellen / die præcedenz vor den Churfürſtl. Geſandten prætendiren wollen / ſo ſollen und wollen Wir ins künfftige ſolches weiter nicht geſtatten. Wäre es aber Sach / daß neben den Churfürſtl. Geſandten / der Recht titulirter und gekrönter regierender ausländiſcher Königen / Königlichen Wittben / oder Pupillen / (denen die Regierung / ſo bald ſie ihre gebührendes Alter erreicht / zu führen zuſtehet / und iñittels in der Tutel oder Curatel begriffen ſeyn) Bottſchafften zugleich vorhanden wären / ſo mögen dieſelbe den Churfürſtl. Geſandten vorgehen / denſelben aber die Churfürſtliche Geſandten vor aller anderer auswärtigen Republiqven Geſandten / und den Fürſten in Perſon / ohne Unterſcheid immediatè folgen / was auch darwider allen hiebevorn per decreta, und abſonderlich Anno 1636. oder ſonſten vorgenommen oder verordnet / fürters abgeſtellt und krafftloß ſeyn ſoll.

(Adducebatur *h. l.* Monitum Principum ad Capitulation. Leopoldin.)

De titulis curialibus inter Reges & Electores uſitatis, h. l. qvædam notata; ubi & de Pacto Regis Galliæ cum Electorib. de hac re.

(7.) Electores ſinguli ſpeciale jus habent in præſentatione Aſſeſſorum Cameræ.

(Dicebatur de hoc. *conf. artic. V. §. 20. Inſtr. Pac.*

(8.) Qvod in nonnullis negotiis Imperator ſine Electoribus diſponere non poteſt; qvamvis ſine reliqvis Statibus.

(Enumerabantur hic exempla.)

(9.) Qvòd hactenus Electores habuerint jus formandi Capitulationem Cæſaream.

(Notata qvædam de hoc.)

(10.) Qvod contra Electores committatur crimen læſæ Majeſtatis.

(De hoc pluribus dicebatur ex principiis moralibus, in qvantum contra Electores, committatur crimen læſæ Majeſtatis; ubi examinabatur aliorum interpretatio *A. B. c. 24. §. 1.*)

Adducebantur alia qvædam, jura Elector. præcipua. v. g. Qvòd Electoratus non dividantur, qvòd Electores in Imperiali curia habeant ſuos Baldachinos; Qvod pro inveſtituris nihil ſolvunt in Aulâ &c.

(De ſingulis dicebatur.)

CAP. XXI.

De
Statibus Imperii in genere.

Membrum I.

I.

POſt ſubjectum Imperii Monarchicum aliaq; eò pertinentia, ſubjectum Ariſtocraticum nunc ſe contemplandum offert, nimirùm Status Imperii qvos in genere & in ſpececie videbimus, illìc definiendo, hìc ſpecialiùs executiendo, pro dignitate materiæ.

§. 1. Status aliàs vocantur Imperii Cives; Item ordines & membra Imperii, des Reichs Stände und Glieder.

Eſtq; (1.) vel unum vel plura includit ſubjecta: Illud gerunt Principes, Comites &c. vel ex aſſe heredes, vel primogenituræ aut Senioratus jure regentes. Hoc ſuſtinent Principes, Comites &c. numero unius Familiæ plures, ſimul aut ſucceſſivè interdum regentes, ut & Civitates Imperial.

§. 2. (2.) Eſt vel Eccleſiaſticum vel ſeculare. Eccleſiaſticum ſiſtunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates-Principes, Abbates, Abbatiſſæ & Prælati:

(Qvinam ultrà huc referri poſſint, h. l. dictum. Item, qvot olim in Germaniâ fuerint Epiſcopi. De his ſpecialiter ſuprà agebatur.)

Secu-

Seculares præſentant Marchiones, Landgravii, Principes Electores, Archi-Duces, Duces, Principes, Comites-Principes, Comites ſimplices, Barones, & Civitates liberæ.

(De his ſeparatim ſuprà.)

De Nobilibus Imper. immediatis controvertunt, num pro ſubjecto hujus juris habendi, ſeu an illis competat territorialis jurisdictio?

Reſolvebatur *h. l.* iſta Qvæſt. *add.* Autor. *ad Inſtrum. Pac. Part.* 1. *Diſc.* 22. qvi Affirmativam videtur amplecti, *verb.* Gaudent iſti Nobiles jurisdictione territoriali. Qvod enim in Principe Fürſtlich / hoc in Nobilitate immediatâ Reichs-Adelich. *conf. Sprenger. J. P. p.* 322. ubi idem probat cum prædict. Autor.

Alii diſtingvunt inter jurisdictionem territorialem perſonalem & realem.

(Dicta qvædam de hoc.)

MEMBRUM II.

§. 3. Cauſa hujus juris, nomine Imperii Imperator, qvatenus juxta leges publicas alicui jus Status & territorii confert, adhibito, qvorum opus eſt, conſenſu Statuum. *v. Capitul. Leopold. artic.* 44.

§. 4. Juris autem hujus conſtitutio vel noviter fit, vel jam facta procedit.

Illud iterum, vel tacitè, per lapſum temporis & præſcriptionem, vel expreſſè, dum Imperator aliqvem in numerum Statuum mediante habili territorio recipit, aut feudum Regale imperio apertum, ritè, *v. artic.* 30. alicui iterum per inveſti-

turam

turam concedit. Hoc autem fit, vel per ſucceſſionem agnaticam, vel per pactum Confraternitatis, vel per electionem.

Hi ergò ſunt potiores modi, qvibus jus territoriale de novo conſtituitur, vel jam conſtitutum ad alios devolvitur.

(De ſingulis h. l. dictum.)

CAP. LXIII.

De Jure Statuum in cauſis belli & fœderum.

Membrum I.

I.

JUs territoriale Statuum in toto hactenus viſum, nunc tractatur in partibus, qvarum aliqvot vel toga capiet vel ſagum.

§. 1. Duo enim maximè ſunt, qvibus omnis ſervatur Respubl. domi concordia & in hoſte fortitudo. Illa verò tuendis Statuum territoriis ſat non erat, niſi & hanc externæ violentiæ poſſent obvertere; hinc belli jura ſibi vindicarunt neceſſaria. Parum utpote præſidii in legibus & judiciis, qvæ ceſſant, ubi bellum ingruit. *conf. Grot. J. B. & P. L. 2. c. 1.*

(Plura *h. l.* ex principiis moralibus notabantur.

§. 2. Olim qvidem Statibus contra Statum

tum bellum offenſivum putant licitum fuiſſe, modò per diffidationem juſto tempore denunciatum. *conf. A. B. Tit. XVII.* Sed hæc inteſtina mala tolluntur, Conſtitutione Pac. P. Maximil. I. *Anno 1495.* item *R. I. de Ann. 1555.* §. und ſollen die &c. *add. Gail. 1. P. P. obſ. 1. Inſtrum. Pac. Oſnbr. artic. XVII.* ubi Status contra Statum prætendens non armis, ſed jure jubetur decernere, ſub fractæ pacis pœnâ. *conſ. Textor. de Ration. Stat. German. c. 3.*

(Dictum de hoc.)

§. 3. Contra exteros verò Status offenſiv. pariter ac defenſivi belli jus habent, modò rem Circuli Duci, *v. R. I. de A. 1564.* §. Demnach ſo &c. vel Imperatori, *R. I. de Anno 1555.* §. und ſollen &c. priùs intiment.

§. 4. Defenſiva tamen arma Statui contra Statum permiſſa. *conf. d. R. I.* §. & *Ordinat. Camer. Part. 2. Tit. 9. Lampad. Part. 3. c. 2.*

Qværitur, ſi alter Status ſe ſiſtere nolit in foro, an arma ipſi ſint inferenda?

Dictum de hoc. conf. Capitulation. *Carol. V. artic. 21.* verb. Daß Ihre Kaiſerl. Majeſt. nicht geſtatten wollen / in denen Sachen / darinnen ein oder ander Stand des Reichs / ordentlich recht leiden mögen / und des uhrbietig ſeyn / mit Raub &c. anzugreiffen.

In Subditos qvoq; refractarios armis juſtè utuntur *artic. VII. Capitul. Leopold. Reinking. de Regimin. Secular. & Eccleſiaſt. L. 2. claſ. 3. c. 1.*

An

An Status alterius ſubditos poſſit recipere in protectionem. *conf. infrà citat. Rec. Imp. verb.*

I. Daß keiner des andern Unterthanen ohne ihrer Obrigkeit Wiſſen und Willen / anders dann wie es iederzeit bey Römiſchen Käyſern und Königen herkommen iſt / in Schutz und Schirm annehmen ſolle / auch König. (Käyſerl. und des H. Reichs Landfrieden zu Augſpurg aufgerichtet *de anno 1548.* Als weyland circa fin.) II. Daß keiner des andern Unterthanen / des Glaubens und andern Urſachen halben / in ſondern Schutz und Schirm wider ihre Obrigkeit nehmen ſolle: (R. A. *de anno 1529.* ʃ. Wir auch Churfürſten & aliis.) III. Daß die jenigen / ſo von Alters Schutz- und Schirmsherren anzunemen gehabt / wohl noch können im Schutz und Schirm seyn (R. A. zu Augſpurg de anno *1555.* ʃ. Es ſoll auch kein Stand. R. A. Speyer de anno *1544.* ʃ. Doch ſoll kein Stand.)

(H. l. notata qvædam de jure belli, qvod Statibus competit ad tuendam, qvam tenent, Reipubl. partem, qvousq; ſe extendat, item qvâ cautelâ exercendum. *add. Grot. de J. B. P. L. 1. c. 4.*)

Membrum II.

II. Juri Statuum bellico ſuccedit jus imponendi præſidii & fortalitii in territorio exſtruendi vel reparandi. *v. artic. X. Inſtr. Pac.*

(Dictum de hoc: ubi adducebatur aliorum opinio.)

III.

III. Jus armandiæ, i. e. armorum fabricas & receptacula ſ. Armamentaria erigendi. *conf. 11. F. 56.*

(Dictum & de hoc. add. Nov. 85. & ibi Exerc. m. XIV. *th. 44.* ſeq. *ubi plura de armorum ſpecie, & jure.*)

IV. Jus delectus militum, ſeqvelæ ac metatorum. *add. Dn. à Seckendorf.* Teutſcher Fürſten-Staat *Part. II. p. 270.*

(Notabantur qvædam de hoc.)

V. Jus repreſſaliarum in caſu denegatæ à ſuperiori juſtitiæ.

(Qvando hoc obtineat, & an jure defendi poſſit h. l. diſqviſitum.)

VI. Jus fœderum competit qvoq; Statibus Imperii, modò non contra Imperatorem & Imperium. *v. Inſtr. Pac. Oſnabr. artic. 8. verb. cumprimis verò &c.*

(Adducta qvædam *h. l.* exempla.)

An unio illa Statuum in bello Germanico, fuerit ex jure fœderum, rationes affirmantes erant hæ:

Nicht zu einiges Menſchen offenſion, nicht wider die Römiſche Käyſerliche Majeſtät/ viel weniger wider das Römiſche Reich/ ſondern zu Erhaltung Käyſerlicher Freyheit/ Ampt/ Ehre und Reputation, zum Wohlſtand des Römiſchen Reichs/ zu Rettung der Teutſchen Freyheit Privilegien, gemeinen gleichen Rechtens/ der wohlverordneten heilſamen Reichsſatzungen/ Religion- und Profan-Friedens/ zu Pflantzung des werthen Friedens/ Aufhebung alles eingeriſſenen Miß-trauens/

trauens/ wider frembdes Dominat und Servitut, und wegen der beſchwerlichen gravaminum.

Dieſe ſeynd/ wie männiglichen unverborgen/ von denen Abgeordneten der correſpondirenden Stände anno 1613. auf dem Reichstag zu Regenſpurg Käyſerl. Majeſt. eingehändiget worden/und nachmals in offenen Druck verfertiget/ dieſes Inhalts: Daß bey Käyſerlichem Hofrath allerhand Unordnung und Beſchwerung eingeriſſen/ indem ſonderlich derſelbe die Jurisdiction allzuweit erſtrecken/ und ihme eine ſolche unlimitirte Macht und Gewalt über die Stände des Reichs / beydes in Profan- und Religion-Sachen zu cognoſciren zueignen wollen/ welches zumalen unerträglich/und den alten des Reichs Cammergerichts-Ordnungen durchaus entgegen und zuwider &c.

Rationes autem, qvibus improbatur unio, partim erant ſeqventes:

So viel der gehorſamen Stände gemeines Defenſion-Weſen betrifft / da wiſſen die Käyſerl. Majeſt. aus dem letzten Franckfurtiſchen Abſchied ſich wohl zu berichten / daß daſſelb zu conſervation dero Kayſerl. Autorität / zu Handhabung der lieben Juſtiz, und zu Erhaltung Ruh und Friedens/ im Reich fürnemlich angeſehen / und auf bloſſe Defenſion fundiret iſt. Und da die Käyſerl. Majeſtät bey den Correſpondirenden ſo viel vermöchten/ daß ſie ihre ärgerliche verbottene union, oder Faction fallen lieſſen / ſeynd dieſelbe verſichert / daß die gehorſamen Stände von ihrer

abgetrungenen Defenſion gerne weichen wollen.

Weil aber iedermänniglich bewuſt / daß die Correſpondirende von ihrem Unweſen und unbilligen Intent nicht weichen wollen / als verſehen ſich die gehorſame Stände / die Käyſerl. Majeſtät werde ihr nothwendiges Defenſion-Weſen nicht improbiren / ſondern daſſelb mit Käyſerl. Autorität confirmiren / und ihrem Hochlöblichen Hauſe Oeſterreich zugewandten Fürſten und andere Potentaten darein zu willigen förderlichſt ermahnen / auch es dafür halten / daß durch diß Defenſion-weſen die Käyſerl. Autorität / die Religion und das Röm. Reich im Wohlſtand und anderm recht kan und mag erhalten werden &c.

(Dictum de hoc.)

CAP. LXIV.

De Jure territorii in Eccleſiaſticis.

Membrum I.

I.

JUs Statuum in armis, qvid poſſit, hactenus, cognitum. Nunc in togâ illud videndum, qvàm latè vires exſerat. Non enim fortitudo in armis Reipubl. ſufficit, nî & domi fuerit ſanctitas. *Aurel. Vict. in Trajan.*

§. 1.

§. 1. Habent autem Status Imperii jus circa ſacra, qvod aliàs eſt affectio Majeſtatis. *conf. Bodin. L. VI. c. 1. de Republ. Dn. à Seckendorf. d. Tract. Part. 2. c. 11.* ubi verba Haſſiæ Landgravii: Daß die Freyheit in Religions-Sachen der Stände höchſtes Regale ſey.

(Ex principiis adæqvatis h. l. deducebantur qvædam de Jure circa ſacra.)

Qvæſtio, An & qvale diſcrimen ſit in hoc jure inter Proteſtantes & Catholicos Status?

(Dictum de hac Qvæſtion.)

§. 2. Conſiſtit autem Jus circa ſacra (1.) partim in jure Patronatus Regio, vi cujus Eccleſia defenditur & religio, tanqvam res in Republ. inermis, non violentiâ ſed doctrinâ pugnans.

(Notata qvædam de hoc.)

§. 3. Præterea (2.) conſiſtit in jure reformandi, non tamen ultra religionis ab Imperio probatæ & reformandi terminos.

(3.) Ad jus circa ſacra pertinet jus Senatus & Conſiſtorii Eccleſiaſtic;

(Dictum de hoc, qvomodo inter ſe differant, & qvid in utroqve tractetur, exemplis adductis.

MEMBRUM II.

Si plura ſint Conſiſtoria, inferius & ſuperius, qvid obtineat, h. l. dictum. *add.* Churfürſtl. Sächſ. Kirchen-Ordnung Tit. von Ober-Conſiſtorio.

§. 4. Conſtituuntur Conſiſtoria ex Theologis & JCtis, ut tamen Præſes ſit Politicus Jure

Utroq; tàm qvoad cauſam qvàm Proceſſum inſtructus. *add. Dn. â Seckendorf. d. Tract. Part. 2. c. 11. & 12.*

(Huc adducebantur qvædam de jure, qvod conſiſtit in viſitandis Eccleſiis, Academiis, Scholis, inqviſitione in perſonas Eccleſiaſt. officia, mores &c.)

§. 5. (4.) Ad jus circa ſacra pertinet jus habendi Synodos & Concilia provincialia ſ. ut vocantur Colloqvia: Item jus præſentandi Epiſcopos vel Superintendent. qvod nonnunqvam aliis communicatum. Item jus fundandi, cæteris paribus, Eccleſias, Academias, Gymnaſia, Scholas. Item jus inſtituendi ferias per territorium.

(De ſingulis *h. l.* plura notabantur.)

CAP. LXV.

De Statuum jure ſublimi in Secularibus.

MEMBRUM I.

I.

JUre Statuum circa ſacra miſſo, tranſitus eſt ad ſecularia, inter qvæ præſertim eminet jus Legationis, qvod Statibus competere patet etiam ex Receſſ. formal. Auch der abweſenden Stände Räthe/ Bottſchafften und Geſandten. *v. R. I. de A. 55.*

A. 1555. eoq; tam intra qvàm extra Imperii limites gaudent.

(Adducta qvædam de hoc jure, qvantum ſit in Statibus, qvâ eminentiâ: ubi de Legatis Electorum.)

II. Religionis anchora Statuum Respubl. firmat, conſilii modò acceſſerit ſalubritas. Vis namq; conſilii expers mole ruit ſuâ, dum plura ſæpiùs in ſummâ fortunâ conſiliis geruntur, qvàm telis. *conf. Tacit. VIII. Annal.*

§. 1. (1.) Unde Status habent jus erigendi Conſilium Status, Staats- oder geheime Regierungs-Rath/ ex Politicis Viris & Directore vel Præſide conſtans.

(Dicta qvædam de hoc, an & qvomodo differat à Cancellariâ.)

§. 2. (2.) Status habent jus Inſtituendi conventus provinciales, Land-Täge auszuſchreiben.

(De loco, propoſitione & modo procedendi; item qvinam vocentur ad illos conventus, *h. l.* plura notabantur.

§. 3. (3.) Competit Statibus jus ſanciendi Leges ſ. Conſtitutiones provinciales, Landes-Ordnungen; Eæq; concernunt vel Statum Politicum; hinc Policey-Ordnung/ vel Juſtitiam & proceſſum; hinc Conſtitutiones, Reſolutiones, Deciſiones & Ordinationes Proceſſus; vel Regalia eorumqve exercitium, utpote de rebus metallicis, venatoriis, fluviatilibus, & feudalibus &c. hinc

Berg-Müntz- und Jagt-Ordnung &c. *conf. Dn. à Seckendorff. Tract.* Teutſcher - Fürſten - Staat *Part. 2. c. 8.*

MEMBRUM II.

Qvæſtio 1. An Statuum provinciales Conſtitutiones in Camerâ qvoq; obſerventur?

(Dictum de h. Q. *conf. Ordin. Camer. Part. I. Tit. 57.*)

Qvæſt. 2. An Conſtitutiones provinciales Legibus Imperii v. c. Receſſibus derogent?

(Dictum & de h. Q. v. *Reinking. de Regimin. Secul. & Eccleſ. L. 1. cl. 5 c. 6.*

§. 4. (4.) Habent Status jus exigendi homagii à ſubditis, Erb- und Lands-Huldigung / vi cu us Landſaſſi & ſubditi juramentum ſubjectionis præſtant, qvod eſt primus fere jurisdictionis territorialis actus, ſuperioritatem & ſubjectionem, pro diverſitate ſubjecti arguens;

(Exponebantur hæc.)

§. 5. (5.) Habent jus protectionis, hinc eorum ſubditi alterius clientelæ ſe ſubmittere non poſſunt, niſi conſentiente territorii Domino. *v. R. I. de Ann. 1529.* §. wie auch *&c. Capitul. Leopold. Tit. 9. verb.* nicht geſtatten / daß einige mediat Unterthanen mit auswertigen Potentaten einige Confœderation eingehen.

(Notata qvædam de hoc: ubi exempla.)

§. 6. (6.) Habent jus imponendi onera cùm realia, tum perſonalia, ordinaria & extraordinaria.

(De

(De differentia horum h. l. dictum.)

Add. Tacit. 4. Hiſtor. Nec qvies gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt.

§. 7. (7.] Habent jus recipiendi judæos. *conf. A.B. c. IX. §. 2. ibiq; Limnæ. Obſ. 3.* qvod olim *d. l. A. B.* Electoribus tantùm videtur conceſſum & qvibusdam aliis ex privilegio.

Qvæſt. 1. An hodiè ſit de jure territorii recipere Judæos?

(Dictum de hac Q. *conf. R. I. de Ann. 1548. Tit.* Von Juden *&c.*)

Qvæſt. 2. An Princeps ſalvâ conſcientiâ poſſit tolerare in ſuo territorio?

(Dictum diſtinctè de hoc.)

§. 8. Dantur qvondam privilegia de Judæis non recipiendis.

(Qvo pacto ſe habeant iſta, qvare conceſſa fuerint, h. l. qvæſitum.

CAP. LXVI.

De Jure Statuum circa Juſtitiam & alia.

MEMBRUM I.

I.

PIetate & juſtitiâ Principes Dii exiſtunt. *v. Lipſ. Doctrin. Civil. L. 2. c. 10.* Sine hoc enim nec laudabile qvid nec certum in Republ. eſſe poteſt. *Cicer. 3. offic.*

§. 1. Hinc Principes, vi juris territoralis, erigunt in ſuis territoriis tribunalia juſtitiæ; uti ſunt Cancellariæ, Fürſtl. Cantzeleyen und Regierungen: pro numero provinciarum interdum plures.

(Dictum de hoc.)

§. 2. Præter Cancellarias ſunt in territoriis Statuum Dicaſteria vel Curiæ provinciales, Hof- und Land-Gerichte / ubi certis anni terminis expediuntur cauſæ & proceſſus.

(De Curiar. provincial. jurisdictione, an & in qvantum concurrat cum Cancellar. item de Aſſeſſoribus, & qvâ inſtantiâ cauſæ ibi tractentur.

§. 3. Sunt inſuper in Statuum territoriis Præfecturæ provinciales. Præterea ſunt ſubordinata Judicia, qvæ vel Magiſtratus municipales, vel Nobiles Landſaſſii vi datæ in feudum jurisdictionis, die mit Ober- und Nieder-Gerichten beliehen / exercent.

Membrum II.

§. 4. Huc poteſt referri jus cauſas coram inferiori judicio pendentes avocandi, qvod & Statibus cpmpetit. *conf. Gail. 1. Obſ. 41.*

(Dicebatur de hoc.)

§. 5. Præterea habent Jus banni provincialis, Land-Acht *add. Carpzov. Prax. Crimin. Part. 3. Qv. 3. 4. n. 47.* Item jus perpetui carceris. *Carpzov. d. Tract. & Part. Q. n. 46.* Item jus ergaſterii, Zuchthauß / ac damnationis ad operas publicas.

(De ſingulis qvædam notata.)

Qv. 1.

QV. 1. An competat Statibus jus legitimandi, *h.l.* diſqviſitum.

QV. 2. An habeant jus concedendi ætatis veniam?

(Dictum de his, & in qvantum.)

§. 6. Habent Status jus Archivi. Item, relaxandi à juramento.

(De ſingulis plura h. l.

CAP. LXVII.

De Reliqvis Statuum Juribus & Regalibus.

MEMBRUM I.

I.

JUs aggratiandi territoriali Statuum jurisdictioni annumeratur, qvo Princeps mitigat pœnam in Criminalibus.

(Qvousq; hoc procedat *h. l.* dictum. *conf. Carpzov. Prax. Crimin. Part. 3. q. 140.*)

§. 2. Jus Fiſci, circa bona caduca, & alia. Item jus metalli fodinarum, ſalinarum; aliorumq; mineralium, qvæ ad Regalia Principum hodiè pertinent.

(De ſingulis h. l.)

§. 3. Habent Jus foreſti, qvod continet bannum ferinum, Wildbann/ & Jus vel bannum ſylveſtre, Forſt- und Wald-Gerechtigkeit.

Ad illud refertur jus venandi, aucupii præ-

ſertim majoris, Federwildpret/ aliisq; circa venationem neceſſarii, v.g. Eichelmaſt &c. Ad alterum verò pertinet jus ligni, aliiq; ex ſylvis reditus.

(De ſingulis *h.l.* dictum, in qvantum aliis concedantur in feudnm.)

§. 4. Competit Statibus jus circa flumina, piſcationem majorem v.g. Lachsfang/ molendina aqvatica, naves mercatorias, inſulas, ligna fluviatica Flöß-Gerechtigkeit/ & alia continens.

(Notabantur qvædam de his.)

§. 5. Habent Status jus circa vias regias ſ. publicas: Qvò ſpectat jus conducendi vel per diplomata, vel per milites: Item jus vectigalium, & qvæ aliàs huc pertinent.

(Dictum de ſingulis.)

§. 6. Jus detractionis vel decima emigrationis: Item jus diſponendi de commerciis, importandis & exportandis.

(Notabatur qvid de his.)

Membrum II.

§. 7. Jus concedendi monopolia; item nundinas minùs ſolennes inſtituendi. Item Jus Poſtarum per territorium. Jus Angariarum & parangariarum; qvomodo hoc differat ab operis ſubditorum.

(De ſingulis plura.)

§. 8. Tandem competit Statibus jus concedendi ſpeciales moratorias. Item jus extruendi

di palatii; item alia jura regalia, de qvibus h. l. dictum.

CAP. LXVIII.

De Matricula Imperii.

MEMBRUM I.

I.

MAtricula Imperii eſt conſignatio Statuum & qvotæ collectæ.

(Exponebatur hæc deſcriptio: ubi notabantur duo officia matriculæ.

§. 1. Qvæſt. 1. Qvo tempore incepit origo matricularum.

Qvæſt. 2. An ſufficienter probet matricula Statum Imperii?

(De his Q. dictum.)

§. 2. Matricula Imper. de Ann. 1521. an & qvo ſenſu dicatur perfecta, h. l. diſqviſitum: *add. verb. Receß.*

Wann auch zu Franckfurt nächſt diß dubium erregt worden / welche Reichsmatricul vor Augen zu haben / darauf man ſich in votiren und Erkennen fundiren ſolte: Weil dann unverborgen / daß die Matricul im Jahr der mindern Zahl zwantzig eins / mit Rath und Bewilligung gemeiner Stände aufgericht / für unſer und des H. Reichs gerechte

rechte und gewiſſe Matricul zu halten / davon auch in unſern und des Reichs Abſchieden anno &c. 51. 56. und 66. zu Augſpurg publiciret/ Meldung beſchicht/ſo ſetzen und erklären wir/daß derſelben Matricul im votiren und Erkennen zu folgen/ und alle und iede Stände darinnen begriffen / bey denſelben Anſchlägen zu laſſen / was und ſo viel daran/ durch die im Jahr &c. 45. 57. und 71. geweſene moderatorn (doch den interponirten appellationibus ohn Nachtheil) oder durch nächſtkünfftige Moderatoren und Deputirten nichts geändert wurde/ demnach denn dieſelbig erſte Matricul endlich ergäntzt und richtig gemacht werden ſoll (R. A. zu Regenſpurg de anno 1594. §. wann auch zu Franckfurt R. A. de anno 1594. §. wann auch bey voriger &c.

Membrum II.

§. 3. Renovatio & emendatio matriculæ an ſit neceſſaria, & qvàm facilè ſperanda.

(Dictum de hoc; ubi de variis difficultatis cauſis & jam in anteceſſum propoſitis conſiliis.

Huc pertinent ea, qvæ in actis Imperii reperiuntur, tàm qvoad fines Imperii qvàm matriculam. *verb.*

Ob wol der Biſchoff von Chur eine geraume zeither auf Reichs- und Crayß-Tägen nicht erſchienen/ ſo iſt er dennoch bey der im Octobri Anno 1642. zu Ulm gehaltenen Schwäbiſchen Crayß-verſamlung einkommen/ und zu erkennen geben/ weil er ein Stand des Reichs/ und bey jüngſtem

zu

zu Regenſpurg gehaltenen Reichstag im Fürſten⸗rath ſeine Seſſion gehabt/ auch vor vielen Jahren ein Mitglied des Schwäbiſchen Crayſes geweſen/ eine geraume Zeit aber die Crayßtäge nicht be⸗ſucht/ und anitzo bey denenſelben ſich wieder ein⸗zufinden gemeint/ derwegen gebeten/ ihn zu künffti⸗ger Craysverſamlung auch zu beſchreiben/ und zu gewöhnlicher Seſſion und Stimm zu admittiren/ welches auch bewilliget worden/ daß es geſchehen ſolle.

Bey dem jüngſt zu Regenſpurg *anno 1640.* und 41. gehaltenen Reichstag hat Chur in dem 112. Fürſtenrath den 23. Julii, unter andern vor⸗bringen laſſen/ es ſey wiſſend/ welcher geſtalt ſolche Herrſchafft anno *1521.* mit einer gewiſſen qvota in der Matricul beleget. *Anno 1626.* aber hätten die Graubünter mit Franckreich ein Frieden auf⸗gericht/ und nicht allein den Paß in Italien, damit von Oeſterreich das Stifft belehnt geweſt/ deſſen auch vorige Käyſer ſich wohl bedienet/ benommen/ ſondern auch dem Stifft die Herrſchafft und Ein⸗nehmen entzogen/ darüber das Stifft ſehr verar⸗met/ und nichts zu tragen vermöcht.

Man hätte aber bey den bißherigen Reichs⸗tägen dieſes Stiffts Gerechtſame mit Proteſta⸗tion zu verwahren/ nichts unterlaſſen/ und es in *an-no 1622.* auf Anhalten und Interpoſition des verſtor⸗benen Ertz⸗Hertzogs Leopoldi dahin bey den Grau⸗büntern gebracht/ daß ſie ſich mit Brieff und Sie⸗gel verbunden/ die Herrſchafft mit den Pertinen-

tien

tien wieder zu reſtituiren / wäre aber auch dieſes folgends von Franckreich verhindert worden;

Käyſer Ferdinand der Ander hätte Ertzhertzogen Leopold mit den Graubüntern zu handeln/ ordentliche Commiſſion aufgetragen / ſo auch weit gefruchtet / daß das Stifft die Renten wieder überkommen/ es hätte aber Frantzöſiſche Einfall/ ſo darzwiſchen kommen/ es wiederumb verhindert/ alſo daß Ihr Hochfürſtl. Gnaden Ihren Unterhalt nicht mehr hatten. (Guler) in Beſchreibung Rhetiæ lib. 9. p. 134 zeiget an / das Biſthum Chur habe die Fürſtliche Dignität von Käyſer Friederichen dem Erſten an. *1170.* empfangen. *conf. ſupr. c. 4.*

De Regno Arelatenſi ejusq; provinciis, vid. Goldaſt. in Reichs-Handlungen. *verb.*

Es iſt aus allen alten Monumenten / Hiſtorien und Acten zu erweiſen / daß die Königreiche Burgund oder Arles &c. *anno 870.* nach König Lohers/ Käyſer Lohers des erſten Sohns Abſterben/ weil er keine ehelich Leibeserben hinterlaſſen / nach Ordnung und Satzung Käyſer Carols des Groſſen/ und Ludwigs des Erſten auf unterſchiedlichen Reichstägen aufgerichtet / erblich auf den Oſtfränckiſchen oder Teutſchen König Ludwig und ſeine Söhne gefallen / und daſſelbe iederzeit von berührtem König und ſeinen Nachkommen / Königen und Käyſern im Teutſchen Reich / angeſprochen / und von den unrechten Beſitzern begehret worden.

Darüber viel Reichs- und Deputation-Täge hin

hin und wieder durch beyder Reiche Stände/ Franckreich und Teutſchland/ angeſtellt und gehalten/ auch ſchwere blutige Krieg erfolget/ ſo in die anderthalb ꝛc. Jahr und länger gewäret haben/ biß daß anno *1032.* König Rudolph der Dritte diß Namens zu Burgund und Arles beyde Reich mit dem Fürſtenthum Wien (ietzt Delphinat genant) Provintzen oder Marſilien und Lioner Gebiet &c. Käyſer Conradē dem Andern/ ſeinem Tochtermann in einem rechtmäſſigen/ ordentlich/ wohlbedachtem Teſtament vermacht/ und zu einem rechten/ wahren/ vollkommenen Erben ex aſſe eingeſetzet und verlaſſen.

Von welcher Zeit das Königreich Arles und Burgund allweg an dem Heil. Reich Teutſcher Nation verblieben/ mit demſelben ein Corpus gemacht/ und durch Vicari und Lehenleute verwaltet worden: allein den Titul haben ihnen die Teutſche Käyſer vorbehalten/ und ſich König zu Burgund und Arles geſchrieben.

Damals hat ſich auch Graff Dietbold zu Schampagnien und Schartres berührten Käyſer Conraden/ ſeinem Oheim und Enckeln freywillig unterworffen/ in Seiner Majeſtät und des Heil. Reichs Schutz und Schirm begeben/ und darauf beede Graffſchafften von ihme zu Lehn empfangen/ aus Rath (wie ich vermeine) ſeiner Mutter Schweſter/ der Käyſerin. Dadurch ſind die zwo Grafſchafften dem Königreich Burgund einverleibt/ und alſo an das Teutſche Reich kommen.

Und

Und dahero rühret ſich die Anſprach / ſo die Teutſche Käyſer und Könige zur Graffſchafft Schampagnien prætendiren/und Käyſer Maximilian in ſeinem Ausſchreiben wider den Frantzoſen Meldung thut. Anno 1157. hielt Käyſer Friedrich der Erſte einen groſſen Hof und Reichstag zu Byſantz in Burgund / auf welchen Erforderte gehorſamlich erſchienen ſeynd / und Käyſerl. Majeſt. in Empfahung der Lehen treu und hold zu ſeyn / wie das Vaſallen und Lehenleuten gebühret/ geſchworen haben/ die Ertzbiſchoffe zu Arles / Lyon/Wien Byſantz: die Biſchoff von Granobel / Valentz/ Avignon / Luxow / Segus / Genff/ Loſannen und Sittem: der Abbt von Clunis / der Printz von Claria/ von Wien &c. der Marggraff von Seguſſi/ von Turin &c. die Graffen von Morien/von Schalon / von Moſcon / von Orby / von Nürnberg / von Mompelgard / von Burgund / von Saon / von Balgah/ von Solms und andere viel mächtige Fürſten und Herrn in dem Königreich Arles geſeſſen. Den Abſchied dieſes Reichstags/ bey welchem auch die Fürſten und Herren aus Germanien und Italien in mercklicher Anzahl zugegen waren / wider des Papſts Tyranney und Eintrag ausgangen/ lieſet man bey *Radevico* dem Geſchichtſchreiber (lib. 1. cap. 20.) und in meinem vorgehenden tomo *Conſtit. Imperial. p. 60.* Es ſeynd noch alte Königliche Diplomata vorhanden/darinnen ſich befindet/ daß der Römiſche König Wilhelm aus Holland *anno 1251.* alle ſeine Gerechtigkeit/ Renten/

Renten/ Gülten/ Einkommen und Nutzbarkeiten/ ſo er als Römiſcher König im Königreich Arles und den Reichsſtädten Byſantz und Loſaunen hatte / dem Grafen in Burgund umb zehentauſend Marck Silbers verſetzet und verpfändet hat. Doch iſt es bald nach Käyſer Wilhelms Tod durch Reinharden aus Engeland / erwehlten Römiſchen König wiederumb abgelöſt/ und darnach von Rudolphen von Habſpurg / auch erwehlten Römiſchen König/ mit Hülff und Beyſtand der Fürſten/ Herren und Städte im Oberland/ zu des Reichs Handen mit Gewalt erobert und wieder bracht worden.

Als aber der König in Franckreich in Zweytracht und Uneinigkeit der Teutſchen Fürſten / die Gelegenheit bey den Haaren erhaſcht / und den beſten Theil dieſes herrlichen Königreichs unter ſeine Klauen mit Hülff und Zuthun des Pabſts von Rom / geriſſen / thate Käyſer Adolph von Naſſau anno 1295. den Frantzoſen in ſeine und des Reichs Acht / zoge darauf mit einem Teutſchen Heer / ſonderlich der Oberländiſchen Fürſten/ Herren und Städte/ ſo ſämtlich Käyſer Adolphen wider den erwehlten König Albrechten aus Oeſterreich angehangen und gehuldiget (dann dazumal die drey Länder Schweitz/ Uri und Unterwalden / durch ihre Mannheit und Treu/ ſo ſie Käyſer Adolphen geleiſtet und gehalten/von ihme befreyet/ und unter die freyen Reichs-Städte aufgenommen/haben billig ihre erſte Eydgenoſſiſche Freyheit

dem Haus Naſſau zu dancken) in Franckreich den König zu bekriegen / und das Königreich Arles wiederumb zu dem H. Reich/ als deſſelben getreuer Vogt und Gerhab/ zu bringen.

Aber der Pabſt verſchaffte ſo viel durch König Albrechts Anhang in Teutſchland / daß der Käyſer Adolph von ſeinem Heldenmuth und heroiſchen Fürnehmen muſte abſtehen / die Heersfahrt qvittiren / und ſeinem Feind in Teutſchland begegnen.

Nach Käyſers Adolphen Niederlag / als Albrecht im Käyſerthum confirmirt und beſtätiget worden / ſolle er einen Reichstag in Lothringen ausgeſchrieben haben/ auf welchen auch der König in Franckreich beruffen und erſchienen ſey. Da ſchreibet man / ſey die Erbeinigung zwiſchen den Teutſchen und Frantzoſen erneuert/ und der Span beyder Reichen und Marchen auf folgende Manier entſchieden / daß nemlich der König von Franckreich behalten und haben ſolle alle Fürſtenthum/ Lande und Herrſchafften/ die ſeine Vorfahren und er in dem Königreich Arles dem Teutſchen Reich abgenommen und entzogen.

Hergegen ſoll der Käyſer vor ſich eigenthümlich beſitzen und herrſchen alle Fürſtenthum/ Städte und Herrſchafften in Lothringen und Elſaß gelegen / zu welchen der Frantzoß vermeinet Anſprach und Gerechtigkeit zu haben. Aber Käyſer Maximilians Ausſchreiben ſagt mir viel ein anders/ und lehret mich / daß der König in Franckreich

mehr-

mehrgenante Fürſtenthum und Herrſchafften vom Römiſchen Käyſer und dem H. Reich zu rechten ordentlichen Lehen empfangen / und ſolle mit Namen Carolus Delphin aus Franckreich / als ein Fürſt des Reichs / auf den Reichstag gen Metz *Anno 1356.* beruffen / ſeinen Sitz und Ort neben andern Fürſten vertreten / und Käyſer Carln den Vierdten in Gegenwart aller Chur- und Fürſten des Reichs und Päbſtlichen Legaten den Lehen-eid öffentlich geleiſtet/ und die regalia des Hertzogthums Wien oder Delphinat / Provintzen &c. von Ihrer Majeſt. als ordentlichen Lehen-Herrn empfangen haben.

Die Lehenbrieffe ſollen noch vorhanden ſeyn/ und im Cloſter St. Victors bey Pariß zu finden. B. Rhenanus ſchreibet / ehegenanter Käyſer Carl/ als er anno 1378. durch Franckreich und nach Pariß verreiſet/ habe dieſen Carolum, recht regierenden König / ſeinen Neven und Schweſter Sohn zu einem Käyſerlichen Vicari in dem Königreich Arles erhaben / und mit etlichen Schlöſſern und und Städten begabet.

Aventinus, ſo die Käyſerliche diplomata mit ſeinen Augen beſichtiget / hält und nennet dieſen Käyſer einen Minderer des Reichs/ und ſchreibet von ihm alſo : Libertatem Germanam, majeſtatem Imperii Romani, populi Victoris gentium fortunam, Chriſtianam ſimplicitatem, hoſtibus Reipublicæ prodidit: eâ lege Romæ conſecratus eſt, ut continuò Italia excederet, nec eam abſq;

mandato Romani Pontificis adiret: Galliam Narbonenſem, qvam Viennæ principatum, Delphinatum, regnum Arelatenſe vocamus, ab Imperio alienavit, Johanni ſororis ſuæ marito ejusq; filio Carolo V. Regi occidentalis Franciæ tribuit. Sigismundus filius ejus, qvi pòſt rerum potitus eſt, approbavit. Diploma in Bibliotheca Pariſienſium ampliſſima, qvæ in templo ſuburbano Divo Victori dedicato extat, legi anno abhinc IIXX. dum Lutetiæ Philoſophiæ operam navabam.

De Ducatu Molano vel Maſſoviæ.

(1.) Iſt zu wiſſen / daß in etlichen Matriculen eine abſonderliche Rubric, von welchen Fürſten / den Prälaten und Aebbten vorgeſetzt / darinnen das Hertzogthum von der Maß die erſte Stelle hat: wo aber dieſes gelegen ſey / iſt man noch nicht einig. In Reichs-Actis de anno 1547. und 48. finde ich hiervon dieſen Paß: So viel das Hertzogthum zu der Maß belanget / iſt bedacht / nachdem ſolches viel Jahr und Zeit her / dem Reich nichts geleiſtet / ausgeſtorben / und ietzund in der Cron Polen Gewalt und Handen iſt /

So ſey zu beſorgen / ob gleichwol dem König in Polen geſchrieben würde / daß es doch ohne Frucht / und vergebens / und derwegen dieſer Zeit in Ruhe und einzuſtellen ſeyn ſolte; doch möchte die Römiſche Käyſerliche Majeſtät derhalben unterthänigſt zu bitten und zu erſuchen ſeyn / Hochgedachter Königl. Würden in Polen zu ſchreiben / das Reich / ermeldtes Hertzogthum halben / bey ſeinen

nen Rechten / Gerechtigkeiten und Anſchlägen bleiben zu laſſen / und hierinn keine Irrung noch Eintrag zu thun.

De Epiſcopatibus qvibusdam.

Die Biſchoffe zu Genf / Loſann und Chur / desgleichen die Aebbte Sanct Gallen / Schafhauſen / Stein am Rhein / Einſiedel / Pfeffer / Diſſidis / Sanct Johannes im Thurthal / auch die Städte Sanct Gallen / Schafhauſen / Mülhauſen im Elſaß und Baſel / belangend / wurde durch die Churfürſten / Fürſten / Stände und der Abweſenden Räthe / bedacht / daß aus allerhand beweglichen Urſachen / und ſonderlich damit aus langen Stillſtand / dem Reich zum Nachtheil und Abbruch / einige præſcription oder Verjährung nicht erfolgen / oder angezogen werden möchte.

Daß demnach des Käiſerlichen Cammergerichts Fiſcalen obgedachte Stände und Städte eine Verzeichnüß zugeſchickt / und ihnen darneben geſchrieben und befohlen werden ſolte / wider dieſelben biß auf die declaration der Acht excluſive zu procediren / und es dieſer Zeit dabey / biß auf ferner Bedencken und Beſcheid / beruhen laſſen. Dieſes iſt zu finden in den vielgedachten Reichs-Actis *de anno* 1547. und 48.

De Epiſcopat. Tridentin.

Es liegt das Fürſtliches Stifft Trient (wie bekant) theils an den Venediſchen Confinen, und ſonſt mit der Grafſchafft Tyrol ſo weit begrentzet / daß an Schutz und Rettung des einen / auch zugleich des andern gelegen iſt. Darumb bey vor-

fallenden Kriegsläufften das Fürſtl. Stifft/ neben gemeldter Grafſchafft zu defendirung beyderſeits geſamter Land und Leute alle mögliche Hülffe beygeſchoſſen:

Auch wegen ſolcher nachbarlichen Vereinigung auf beſchehenes Erſuchen zu den Tyroliſchen Landtägen erſchienen/ und de pace, ſalute & defenſione communis patriæ, als Confœderirte conſuliren helffen: Hingegen die Römiſche Kayſerliche Majeſtät Maximilianus I. glorwürdigſten Andenckens/ der Zeit Graf zu Tyrol *anno* 1511. (Inhalts über angedeute Confœderation und Verwandnüß über aufgerichten Bunds-libell) das Fürſtliche Stifft der Anlagen/ damit es/ tanqvam immediatus Imperii ſtatus im heiligen Reich künfftiglich belegt würde (weil beyderſeits mit Hülff zu concurriren unmöglich fallen wollen) zu entheben verſprochen &c. welche Enthebung in Auguſtinis Comitiis anno 1548. §. Nachdem auch in der Ringerungs-Handlung &c. ſuis, modo & reſervationibus, placitirt worden/ nach mehrer Ausweiß ſelbiges Reichs Acten &c.

Deme zu Folge/ das Fürſtl. Stifft von Zeit der Confœderation de anno 1511. theils Krafft eingangener Verwandnüß/theils ohne Schuldigkeit freywillig einem Fürſtl. Grafen in Tyrol viel ein mehrers dargeſchoſſen/ als die Reichs-Anſchläge daſſelbe inmittelſt betroffen haben: iſt auch noch erbietig/ ſecundum exigentiam neceſſitatis, zu gemeiner Landsrettung/ pro ſuâ qvotâ möglichſt zu

concur-

concurriren/ doch ſalvo jure & modo collectandi, wie es andern des heiligen Reichs Ständen gleichſam bevor geſtellt bleibet.

Und ob nun zwar Stifftiſcher ſeits verhofft/ es würde/ wie billig/ die Sach in ſano ſenſu des angedeuten Bundlibells de anno 1511. und erfolgter des heiligen Reichs conditionirten Approbation verblieben ſeyn: So hat doch über alles Vermuthen die ietzige regierende Fürſtl. Durchleucht. Frau Claudia / verwittibte Ertz-Hertzogin in Oeſterreich / bey erhaltenen Tyroliſchen Landtag im 1633. Jahr/ dem Stifft mit angedroheten Gewalt ſtarck zugeſetzt / daß es neben den Tyroliſchen Unterthanen zu Ihrer und der Ertzfürſtlichen Jungen Herrſchafft Unterhalt/ auch Abfertig- und Ringerung weyland der Fürſtl. Durchleucht. Ertz-Hertzog Leopoldi zu Oeſterreich/ mildſeel. Andenckens/ hinterlaſſener Hofſtats/ wie Tyroliſche Landſaſſen ſteuren/ und hinführo allen derogleichen/ durch ihre Unterthanen eingewilligten contributionibus unterworffen ſeyn ſolle.

Deſſen hat das Fürſtl. Stifft im Jahr 1634. bey jüngſt in Gott verſchiedenen Käyſerl. Majeſtät allermildſeligſten Andenckens / durch koſtbare Abſendung extrajudiciali informatione ſich zum höchſten beſchwert / und den entſtandenen Mißverſtand coram foro competente, oder anderwärtig billigmaſſigen Austrag hinlegen zu laſſen / demüthigſt gebeten / aber nichts erhalten / ſondern ſeyn vielmehr durch ausgeſetzten neuen Zoll auf ein

neues die commercia und Paſſe ohne Verſilberung der Wein geſperret werden.

Dannenhero es ſchuldiger Pflichten halber auf erhaltenen Königlichen Wahltag allhie zu Regenſpurg im Jahr 1636. das Hochlöbl. Churfürſtliche Collegium um Hülff eiferigſt angeruffen / deſſelben Interpoſition auch vermittelſt eines billigmäſſigſten Gutachtens/ an Ihre Käyſerliche Majeſtät mit Gnaden gewehrt worden. Und als man gleichwol darauf noch keine Sublevation empfinden mögen / haben Ihre Churfürſtl. Durchleucht. Maintz/ Cöln und Bayern / abermal bey Ihrer Käyſ. Majeſt. beweglichſt intercediret/ welche Interceſſion doch ſo wenig als voriges Gutachten gefruchtet / ſondern es hat Ihro Fürſtl. Durchl. Oberöſterreichiſche Regierung im Februario nechſt verwichenen 1640ſten Jahres an alle des Stiffts und zumaln von denen zu Lehen verliehener Herrſchafften beampte und nachgeſetzte Obrigkeiten die Feuerſtädte und das Mahlwerck im Stifft zu beſchreiben/ ohnmittelbare Befehl angehen laſſen;

Daß alſo abermalen wir genöthiget worden/ von denen zu Nürnberg jüngſtverſamleten hochanſehnlichen Churfürſtl. Herren Räthen / Bottſchafften und Geſandten/ Troſt und Beyſtand zu ſuchen. Welche dann zwar an die Röm. Kayſerl. Majeſt. gehorſamſte Interceſſionales und die Fürſtliche Durchleuchtigkeit zu Inſpruck ein wolmeinendes Erinnerungs-Schreiben dergeſtalt

contra

contra liberum & indubium Imperii Statum nicht zu verfahren / abgehen laſſen : &c.

De Belgio Anno 1548. hoc factum decretum. Daß wir als rechter Erb- und Ober-Herr unſerer Nieder-Erbland / für uns / unſere Erben und Nachkommen / ſamt denſelben nachbenanten unſern Niedern-Erblanden / nehmlich Hertzogthum Lottringen / Braband / Limburg / Lützenburg / Geldern / die Grafſchafft Flandern / Arthois / Burgund / Hennegau / Holland / Seeland / Namur / Zutfen / die Marggrafſchafft des H. Reichs / die Herrſchafft Frießland / Utrecht / Oberyſel / Gröningen / Falckenberg / Thalheim / Salin / Mecheln und Maſtrich / mit allen denen mediatè vel immediatè zugehörigen und einverleibten Geiſtlichen und weltlichen Fürſtenthumen / Prälaturen / dignitäten / Grafſchafften / Frey- und Herrſchafften / und derſelbigen zugehörigen Vaſallen / Unterthanen und Verwandten / hinführo zu ewigen Zeiten in der Römiſchen Käyſer und Könige / und des H. Reichs Schutz / Schirm / Vertheidigung und Hülff ſeyn / auch ſich deſſen Freyheiten / Recht und Gerechtigkeiten / freuen und gebrauchen / und von gemeldten Römiſchen Käyſern / Königen und des Heil. Reichs Ständen iederzeit / wie andere Fürſten / Stände und Glieder deſſelben H. Reichs geſchützt / geſchirmet / vertheidigt und getreulich geholffen / und dann auch zu allen Reichs-Tägen und Verſamlungen beſchrieben

ten und erfordert werden ſollen / ob ſie wollen/ dieſelben neben andern Ständen zu beſuchen und zu beſchicken haben/ auch ihnen unſerer Erben und Nachkommen/ unſern und derſelbigen Geſandten Seſſion und Stimm / von wegen obberührter unſerer Land/ als einen Ertz-Hertzog zu Oeſterreich/ zugelaſſen werden ſollen / dagegen wir uns von obelerzehlter unſerer Land und Leut und dero Nachkommen wegen bewilligen / daß alle ſolche unſere Land und Leut und dero Nachkommen wegen bewilligen / daß alle ſolche unſere Land in vorſtehender Noth / zu Handhabung und Wohlfahrt des Heil. Reichs / auch Unterhaltung Friedens und Rechtens / und allen andern gemeinen des H. Reichs Anſchlägen / ſo durch gemeine Stände iederzeit bewilliget und beſchloſſen werden / ſo viel als zween Churfürſten Anſchläge ſich erſtrecken / leiſten und contribuiren.

De Boruſſia R. I. de Anno 1500. Tit. vom Hochmeiſter aus Preuſſen: ibi: von wegen des Hochmeiſters aus Preuſſen iſt beſchloſſen/ ihm eine Schrifft von wegen Unſer und der Stände des Reichs/ an den König zu Polen zugeben/ der Meinung / wie wir und die Stände des Reichs verſtanden haben/ daß der König im Fürnehmen ſeyn ſoll/ den Hochmeiſter zu beſchwerlichen Eyden und andern/ zu Abbruch dem heiligen Reich zu tringen: So aber der Orden allein auf Teutſche Nation geſtifft/ auch niemand anders / dann dem H. Reich

zugehö-

zugehörig / ſo ſey die Bitt / ſolch Fürnehmen abzuſtellen / und dem Hochmeiſter bey dem Reich unbetrangt bleiben zu laſſen. Wo aber der König ſeines Fürnehmens nicht abſtehen / und des Fug zu haben vermeinet/daß er dann auf N. Tag/der ihme benennet werden ſoll / vor uns und des H. Reichs Regiment / durch ſeinen vollmächtigen Rath und Bottſchafft erſcheine/ ſo wollen wir/und die Stände des Reichs / die Sachen verhören/ und verſuchen/ſie gütlich zu vertragen. *conf. ſupr. de finib.*

CAP. LXIX.

De Archivo Imperii.

I.

ARchivum Imperii eſt, qvo acta, Inſtrumenta, Decreta, Conſtitutiones aliaq; Imperii documenta publica reſervantur & cuſtodiuntur.

§. 1. Diſtingvitur Archivum in Imperii & Imperatoris.

(Exponebatur hæc diſtinctio: ubi de illâ, an rectè Archivum diſtingvatur in publicum & privatum. *conf. Speidel.* voc. Archiv.

§. 2. Cuſtos archivi Imperii eſt Moguntinus tanqvam Archicancellarius per Germaniam.

(H. I.

(H.l. qværebatur qvis cuſtodiat illa Imperii acta & documenta qvæ reſpiciunt res Italiæ, num Colonienſis an Moguntinus.)

§. 3. Qvæſt. 1. An in Aula Imperatoris aſſervantur qvædam ex archivo Imperii?

Qvæſt. 2. An in Camera Spirenſi qvædam aſſerventur?

Qvæſt. 3. Qvare Moguntinus Vice Cancellarium habet in Aula Cæſar?

(De ſingulis dictum.)

§. 4. Archivum Imperii an ſatis qvoad omnia ſit inſtructum, maximè qvæ ſtatum antiqvum ſpectent: & qvænam ſit cauſa defectus, h.l. diſqvirebatur.

De autoritate & fide probandi h.l. qvædam notabantur.

Dis-

DISQVISITIO
De
REPUBLICA MONSTROSA.

Contra
Monzambano ejusqve Aſſeclas.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

STATUS

MINISTRO

PRIMARIO SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ, ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO

LIB. BAR. à FRIS.

&c. &c.

Sacrum.

Q. B. V.

D. O. M.

AMbigua hodie lis de forma Germaniæ, ut de Spartana qvondam Republica, ſiqvidem hanc Auguſto Imperio comparare par eſt. Nonnulli ducuntur affectibus: ingenioſis alii, non practicis, principiis. Poſſibilis in materiam formæ inductio, menſura eſt perfectionis rerum civilium.

Nec abſtractæ ſcholarum regulæ morale ſuppoſitum ſemper capiunt, eamve, qvam docent, formam extorqvent: Illius utpote contumax moles doctorum haut coërcetur ſubſelliis, formæ præſtantiam ex materiæ aptitudine æſtimans. Omnis enim Reipubl. forma ex illius materia, unde naſcitur & interit; hinc non major illius perfectio, qvam hujus capacitas.

Iſta verò ſe ſatis oſtendit, modò moralis compages fini civitatis apta; plus licet an minus habeat, qvàm do-

ctrina-

ctrinalis forma deſideret: Qvæ monſtrum mox aut irregulare dicit, ubi Respubl. pro neceſſitate materiæ iſtius egreditur lineas, qvibus aſtringi ſtatus aut populi vetabat ingenium.

Sat formoſa Reſpublica, ſi pro ſecuritate & in finem ſat compoſita, ſat qvamvis non ſit pro regula: Facilius qvippe hanc fingere, qvam illam facere; Qvod autem res patitur, attenditur. Aſt hæc ſolùm rem non evincunt; penitior inſtituenda disqviſitio, ne illi, qvi Germaniæ hactenus monſtra vendiderunt pro forma, putent ſuo acumine aliorum obtuſa ingenia. Per ſingulas autem formas deducemus Germaniam, ut monſtrum illud deprehendatur aut explodatur.

CAP. I.

De Monarchiâ abſolutâ.

I.

ABſolutum Imperium, unius ubi adoratur purpura, unus fulminat Jupiter, ſuô pro arbitriô. Somniant, qvi hoc Germaniæ

tribuunt:

tribuunt: Hujus qvippe Aqvila, non niſi in nido ſola; Plures enim ſunt, qvæ faſces Imperii gerunt; Unius licet capiti blandiatur corona ſublimisqve ſtylus Curiæ, verborum nonnunqvam ex antiqvô qvam rerum tenacior.

II. Cæſar qvidem independens, ſed non abſolutus, nec tamen ſimulacrum. Tantæ rei haut ſatyricum vel umbratile ſcriptum, ſed Lex Imperii, judex, maximè Inſtrumentum, qvod vocant, Pacis & Capitulatio: Hæc Imperii Majeſtatem pluribus uno ſubjectis diſpenſant, Cæſari & Statibus, non tamen ſingulis æqvaliter.

Nonnullis enim Reipubl. negotiis anima ſolus Imperator, aliis ſimul & Electores, maximis junctim omnes, qvi Optimates: Nec tamen hi, nec Cæſar Majeſtatis organa; ut nunc ſunt plumæ Imperialis Aqvilæ. Qvid verò Imperator de Comitiali ferat Majeſtate, ita non liqvet; mutua hîc agentium inclinatio, regula. Cæſari, nî dimidia, haut tamen parva, ſed non omnis hic poteſtas; non autem nudum directorium vel umbra, ut fingit qvidem ille ſcriptor *Lapideus, de qvô infrà*, & *Monzamban. c. VII. §. 8. Tract. de Stat. Germ.*

Ex dictis cenſori hâc in formâ facilè de Germaniâ judicium. Nec ſacer ilie Danielis Coloſſus, nec, qvòd Cæſar ſit ſuperioris neſcius, hîc pro argumentis: Subjectum Majeſtatis hujus rei pondus: Id verò non ſolus Imperator.

Qvod *Reinkingius*, *Stamlerus*, *Schookius* & alii

hâc in qvæſtione ſcribunt, affectuoſum, erroneum: Qvaſi ab unô vel alterô Majeſtatis jure, v. c. primariarum precum, conferendi dignitates &c. rectè colligatur abſoluta Monarchia. *conſ. art. VIII. I. P. O.* Sereniſſimis enim Imperii Statibus illa, qvam habent, pars Reipubl. ac ſublimia jura territorii ſancta & ſalva maneant.

CAP. II.

De Monarchiâ limitatâ.

I.

FUndamentales Reipubl. leges, ſi majeſtatis partem Principi ſubducunt, aliis dandam, diverſam à limitatô imperio faciunt formam. Plures enim unô majeſtatis participes; qvod contra naturam limitatæ Monarchiæ, qvæ eſt, ubi in unô Majeſtas eſt, modus licet exercitii non in unius arbitriô.

Hinc ſi Regi norma datur, qvomodo in Republ. agat, ut tamen nihilominus actionum maneat principium, unumqve & ſolum Majeſtatis ſubjectum, utut aliorum cum intuitu, qvorum Majeſtatis nulla, ſed conſilii tantum communicatio, limitatum propriè Regnum dicitur: ubi ad unum velut centrum negotiorum redit effectus, unde primus venerat motus.

II. Et ſi nonnunqvam rationem horum, qvæ

qvæ geſſerit, reddere teneatur iſte Princeps, inde non ſtatim talis eſſe deſinit, vel ſuperiori ſubjicitur, ut qvidem cæteri Regni Ordines; qvi ſimile faciunt ſubjectionis, Rex verò conventionis lege, ſub qvâ gubernacula tulit: Cætera, Regni caput eſt ſine pari, imò ſine diſpari Majeſtatis ſocio.

Diverſa Germaniæ facies: Hîc enim non unum Majeſtatis ſuppoſitum, cui Capitulatio normam ſaltim exercitii poneret. Plures ſunt, qvibus Lex clavum & partes Reipubl. tradit, illiq;, qvà tales, adeò ſuperioris neſcii; Concurrunt qvippe ſimul in ſocietatem Imperii, tanqvam membra unius Reipubl. non plurium, qvod maximum argumentum Regni à limitatô alieni: Qvamvis aliô ſenſu ſic nuncupare poſſis. Sat forſan liqvet, Germaniam verè non dici limitatam Monarchiam: Illius enim Majeſtas, non tantum limites habet, ſed & Comites, ſocios.

CAP. III.

De Ariſtocratiâ.

I.

ARiſtocratica Reſpubl. ubi unô plures, non tamen ad unum omnes, Majeſtatis cardinem vertunt, cenſu vel virtute, aut utroqve eò provecti, ſub æqvali plerumqve ſummi Imperii participatione, diſpari licet honore &

munere; Unde diverſis interdum Collegiis Jura Majeſtatis exercentur; qvod tamen revera diſtinctum, vel ut vocant, mixtam non inducit formam; qvia penes illos æqvaliter Majeſtas cujus junctim ſunt ſubjectum, non ſeparatim ſinguli; qvamvis ita ſe nonnunqvam habeat exercitium.

Interdum vel unus, isqve ſtatus Senatus qvaſi officina Majeſtatis, aut potiorum hujus jurium: Non rarò duplex, Major, ut dicunt, & Minor; qvi τὸ ὕπατον Reipubl. præſentat: Nec tamen eſt infallibile talis Reipubl. indicium. Si enim & Germania talem, eumqve perpetuum inſtrueret, non degenerabit in Ariſtocratiam. Qvò minùs autem talis ſit, vel per Senatum iſtum futura, intrinſeca rei impedit ratio.

Qvippe haut æqvaliter Majeſtatis ibi ſe gerunt ſubjecta; dum uni tantum, & interdum plus, datur, qvàm cæteris omnibus, qvod maximè deflectit, ab Optimatum regimine. Hoc enim ſi eſſet, plurium vota in negotiis Statûs, facerent decretum Comitiale perfectum, unus Cæſar vellet, nollet; qvia tantum poſſet, qvantum ſinguli, ut illis ſolitum Rebuspubl. Sed hæc contra Comitiorum praxin & Majeſtatis in partibus ſuppoſitis exiſtentiam.

II. Hinc facilè manifeſtum, qvid roboris inſit argumentis, qvibus nonnulli Ariſtocratiam propugnant: Utpote modum adminiſtrationis in Germaniâ redolere qvid Monarchici, formam verò eſſe Ariſtocraticam: hanc Cenſoribus ſpectan-

ſtandam, non iſtu.n, qvi ſimulacra duntaxat alterius oſtenderet formæ, revera non exiſtentis; *Sic cum Bodino ſibi blandiuntur hac diſtinctione.*

Inde colligunt, Cæſarem nudum eſſe Magiſtratum, Monarchæ tantùm inſtar, qvô, ceu inſtrumentô, Status, ſub ſplendore qvodam & compendiô, negotia expedirent Reipubl. qvod & aliis conſvetum ſit Ariſtocratiis, ubi unus Regis pompam exprimeret, non potentiam, Directoris vices ſuſtinens, vel tanti ſaltim ponderis, qvanti unus Optimatum: Nullum autem inde de formâ judicium, nec ex antipagmentis titulorum, qvi ſtylum magis, qvàm ſtatum exprimerent.

III. Verùm hæc qvidem benè in regulâ; malè verò de Germaniâ; ubi Cæſar non ut inſtrumentum, ſed principalis verumq; Majeſtatis ſubjectum in partes Reipubl. cum Statibus concurrit, dimidium fere, ſi non amplius, participans; qvod potiſſimùm patet in negotiis, ubi ad Imperiale concluſum vel partem alteram confert, qvâ ſine vix legaliter, nedum univerſaliter decernitur; id qvod certa nota, Cæſarem non eſſe nomen rebus inane, non nudum Senatus Imperii Præſidem, nec titulos ejus verborum ſchemata.

Hinc & Hippolithi à Lapide cadit opinio, qvæ Majeſtatem Statibus tantum aſſignat. Nec Alberti Moguntini effatum ſimpliciter probat. *v. Sleidan. l. 1. Comm.* Germania igitur non purè Ariſtocratia, temperamentum tamen inde ducit.

Digitized by Google

CAP. IV.
De Democratiâ.

I.

DEmocraticus ſtatus, ubi Majeſtatis ſuppoſitum populus, ſinguli parent, omnes imperant; Univerſi licèt non ſemper tractent negotia, ſed ſelecta, pro varietate, Concilia, qvæ populi nomine agunt, univerſum præſentant. Qvod unus qvoqve nonnunqvam excellat, ex nutu populi eſt & arbitrio, unde ſingulorum, unde omnium felicitas.

Talem verò Germaniæ affingere formam, nemo forſan præſumet, nî ſibilo vellet remiſſam ſententiam. Nam Imperii Majeſtas, qvamvis uno pluribus, non tamen omnibus ineſt, nec omnium vice pluribus: hinc Democraticum negatur regimen.

II. Sed objicit *Monzambano c. 6. §. 3. de ſtat. Germ. verb: Sunt tamen, qvi illos tantum Civium Imperii nomine velint dignari, qvibus jus ſuffragii in Comitiis competit, ſecuti ſine dubio Ariſtotelem, cui civis dicitur, qvi jus deliberandi & ſuffragium ferendi de Republ. habet. Hoc ſi adſumamus, ſanè Democratia erit imperium Germanicum, qvippe cujus cives ſoli ſunt Ordines, qvi omnes & ſinguli utiq; jus de Republ. deliberandi & ſtatuendi in Comitiis habent.*

Aſt egregiè infert *Monzambano*: Par eſſet illatio, ſi dicerem, omnes & ſinguli Patritii ſeu Opti-

Optimates in Ariſtocratiâ habent jus ſtatuendi de Republ. E. eſt Democratia: Qvis non videt, qvam ficulneum hoc argumentum? Jam verò Status præſentant Optimates in Imperiô, & qvà tales, omnes & ſinguli, de regendâ Republ. participant; non autem ut Senatus popularis, qvi univerſorum nomine & arbitrio conveniret, ageret. Unde igitur Democratiam colligas? Rectius proinde in *Monzambano* retorqvetur illa, qvam Germanis objicit, ignorantia, eodem, ubi tam benè infert, *§. d. c. 6.*

III. Qvoad Ariſtotel. Definitionem conceditur, reſpectum haberi ad Græcorum Respubl. qvæ tamen non merè Democraticæ, *ut infrà.* Nec vulgari ſenſu, ut *Monzambano d. l. accipit,* civis ibi definitur, pro nudô membro, qvod protectione & fine civitatis utitur; ſed excellentiùs, prout ſubjectum denotat, ſummæ poteſtatis in Republ. particeps.

Qvid inde ad Democratiam, ſi Status Germaniæ in tali notione tantùm Cives? qvid abſurdi, ſi Regem ita dixerim? Idem enim ac ſi dixeris ſubjectum, qvod de regendâ Republ. participat; Sed excipiet *Monzambano d. l.* qvid ergò reliqvi? Sunt velut ſervi publici, in ſenſu morali, non Jur. Roman. ſunt ſubditi, qvibus dicta definitio accurratè non competit.

Probat hoc *Caſpar Contareni, qvi forſàn non ex cerebro civilem hauſit prudentiam, Tractat. de Republ. Venet. L. I. p. 97. verb: Civitas namq; civium ſocietas*

eſt. Nec tamen omnes hi homines, qvibus indiget civitas, aut qvi intra mœnia urbis habitant, ſunt habendi pro civibus, neqve jure in civium numero ſunt collocandi. Opificibus enim cuilibet civitati eſt opus, nec non mercenariis plurimis ac privatis demum ſervis, qvi operam locant : at nullus horum civis verè dici poteſt. Nam civis liber homo eſt : hi verò omnes ſervitutem ſerviunt, vel privatam vel publicam. Mercenarii namq; & opifices omnes veluti ſervi publici haberi debent.

Paria tradit *Dn. Conringius Exercitation. de Germanic. Imper. Civibus th. VII. verb. Neqve verò mirum ſit hos ſolos veros cives, reliqvos autem incolas potius eſſe vel ſubditos. Omnis enim civis utiq; ſocius eſt civilis ſocietatis : eſt autem veri ſocii ſuffragium ferre & ſententiam de rebus ad ſocietatem pertinentibus. Apertam ſanè implicat contradictionem, eſſe alicujus ſocietatis verum ſocium, nec tamen jus ſuffragii in ea ſocietate obtinere.*

IV. Minus ergò errabit, qvi Status Imperii veros cives dixerit; reliqvos non ita, qvibus non eſt ſuffragium de Republ. Qvamvis *Monzambano d. c. 6. §. 3.* illos valde dicat abſurdos, qvi definitionem illam Ariſtotelicam ulterius, qvàm ad cives in Democratiis Græcanicis degentes, velint extendere ; qvòd liberis hominibus & patribus familias in Regno aut Ariſtocratia viventibus civium nomen denegandum non ſit, utut ad nullam Reipubl. partem admittantur.

Sed vulgariter hic Monzambano diſputat:

Qvi

Qvi enim non habet, qvod de veri civis eſt conceptu, ſcil. jus ſtatuendi de Republ. iſte nec verè civis dicitur. Sed illi Patresfamilias à Reipubl. partibus excluſi, hoc jus non habent: Qvo pacto igitur Monzambano illos fecerit cives ad definitionem Ariſtotelicam? *add. Dn. Conringius d. Exercit. th. V. verb: Civis autem ſecundum Ariſtotelem &c. eſt, cui in illâ civitate, cujus eſt Civis, poteſtas eſt fungendi Magiſtratu vel deliberativo vel judiciali. Qvam qvidem definitionem omnibus, qvi verè cives appellantur, applicari optimè poſſe confido, & th. VI. Hiſce præmiſſis obſcurnm nemini eſſe poeeſt, qvinam hodie in noſtro Imperio veri & genuini propriiq; ſint cives, ii videlicet qvi poteſtatem habent judicandi de iis, qvæ ad τὸ κύϱιον vel ſummam Reipubl. &c. pertinent.* Stat ergò ſententia, Status Imperii veros tantùm dici cives; inde tamen non eſt Democratia Germania. *v. n. 2. h. cap.*

CAP. V.

De Republicâ Confœderatâ.

I.

RESpubl. Confœderata eſt, ubi duæ vel plures Respublicæ, pro communi defenſione aliove ſcopo, ſociali junguntur vinculo, ſibi invicem aliàs non obnoxiæ, nec aliunde pendentes: Nolim hîc intellectum fœdus, ut ſic dixerim, ſubalternum, Rebuspubl. alteri ſuppoſitis con-

ſtans, commercii vel aliâ causâ, ut Hanſeaticis. De eo enim loqvor fœdere, cujus membra ſuperioris, neſcia, unum licet, ob diſparitatem potentiæ, alterum vel extraneum comiter veneretur, qvod & Romanorum qvondam ſociis ſolitum.

Hinc tale fœdus ſupponit Respubl. liberas, independentes, nec ſe invicem, extra ſocietatem, reſpicientes, adeoqve una ab altera id, qvod eſt & habet, in feudum non accipit; ſed omnes pari pollent libertate, renunciant pro lubitu, nî alia impediant, fœderi, votorum gaudent æqvalitate, qvamvis unius interdum, propter ſumptus in fœdus majores, major ſit autoritas.

II. Tales Respubl. qvondam in Græciâ & alibi; ut Achaica, Ætolica, Amphyctionum: In Achaica erant Patræ, Dima, Pharæ, Tritæa, Ceontium, Ægira, Pellene, Ægium, Bura, Ceraunia, Olenus, Helice. *v. Ubbo Emmius Deſcription Rerumpubl. Græc. part. II. c. 12.* In Ætolica Athamanes, Tymphæi, Ephyri, Ænienſes, Perrhoebi, Dolopes &c. *v. Emm. d. Tract. & Part. c. 13.* In Amphyctionum fœdere erant Dorienſes, Magnetes, Maleenſes, Theſſali, & alii. *Conf. Emm. d. part. c. 16.* Hodie verò notoriæ Helvetica & Batava.

Nec tamen his, nec illis rectè comparatur Germania: Hujus enim membra in ſe nec planè abſoluta, nec ſuperioris neſcia, nec in votis æqvalia; ſed unum tantū poteſt, qvantū junctim cætera, qvibus & contradiſtinctum ſuſtinet ſtatum, ut ne poſſit eſſe pro pari & ſocio; qvæ omnia nimium recedunt

dunt à ſociali Republ. Præterea ſtatus illi, qvò corpori huic innexi, non pro lubitu renunciant vinculo, dum id, qvod habent, in feudum inde agnoſcunt, cujus alia qvàm fœderis ratio, nec arbitraria unius partis renunciatio: Qvod vel ipſi Status non diffitentur, licèt non ſtrictum in omnibus vaſallagium.

Eſt porrò unus Cæſar per Judicium Aulicum, omnium Judex, non ex compromiſſo, ſed neceſſario vi ſuæ jurisdictionis, qvam ut Imperator ex electione habet, licet cauſæ qvædam exceptæ: Et hoc directô eſt contra fœderum naturam, ut unus reliqvorum talis ſit Judex.

Hinc *Monzambano* & *Puſendorff.* hìc ſe minùs expediunt, ſed confundunt, dum delabuntur ad principia judicis neceſſarii & compromiſſarii: Hic qvidem in fœdere poterit dari, non iſte, qvem tamen Cæſar in Imperio præſentat, vi electionis & juris inde qvæſiti; non autem ex compromiſſo & arbitrio Statuum, ut in fœdere fieri debet, ubi unius judiciaria in reliqvos poteſtas ex horum eſt placitô, juxta qvod illa variat; & planè poterit tolli; contrarium eſt in Imperiô, ubi demum morte Imperatoris ejus ſilet Judicium.

Nihil ergò faciunt, qvæ *Puſendorff. d. Tract. ꝟ. 16. & Monzamban. c. 5. ꝟ. ult.* affert. Sic conſtat diſcrimen, qvod nec tollitur, feudalis ille qvamvis nexus qvodammodo laxatus, non tamen planè ſublatus; aliàs tot ſumptibus & juramenti religione iſtum, ſi inanis & nullus eſſet, Status haud renovarent,

varent, Cæſarem non Dominum, ſed Confœderatum, Oheim und Bundsgenoſſen dicturi, ne ſtylus Curiæ, cujus ſat curioſi Principes, rei ita difformis.

Nam fœderatus, qvicunq; demum ſit, difficulter ſocium Dominum clementiſſimum vocaverit: Horum qvippe titulorum profunda inter Potentes admiſſio & conſeqventia. Sed excipiat qvis, eò forſan Status titulorum prodigi ſunt, ut mulceant Cæſarem retineantqve Germaniæ illam, præ reliqvis Regnis, Monarchicam eminentiam, vix aliàs ſtabilem, ſi re & nomine ſe invicem habere vellent pro fœderatis. Hæc qvidem admittuntur, ſed qvoad utrumq; ; nimirum Status non nomine ſolùm, ſed & re diverſam à fœderata volunt Remp. ne, ſi verè in fœdus eat, à Regibus minus Monarchicè tractetur. Hæc qvidem una rei ratio; ſunt plures, de qvibus alibi.

III. Nec qvicqvam ſe opponit *Monzambano c. V. §. 28. d. Tract.* ubi vult, inveſtituram ritum potius ſolennem, qvàm veram collationem eſſe; qvia Status ſua territoria hereditario jure ad poſteros transmittant: ſed ex hac tatione, id qvod intendit, minùs elicit. Nam & veri Vaſalli, qvi aliàs Landſaſſii vel aliter, & longè infrà Status, ſua feuda porrigunt ſucceſſione iisdem poſteris, qvibus Status, ſcil. maſculis, & interdum ultrà, ad fœminas qvoq;, qvod rarum in territoriis Principum; adeoqve cum Monzamb. nunc eſſet inferendum, juxta ejus rationem, & in Landſaſſiis inveſtituram nihil niſi

niſi ritum eſſe, qvod abſonum. Ita non ſemper ex æqvatis infert principiis.

IV. Majus fundamentum ipſi eſſe poterat ex qvalitate territorii & ſubjecti transmittentis: Illud enim qvia hodie ampliori, qvam ſtrictè Vaſallitico jure, penes poſſidentem, &, ſi partes objectivas ſpectes, in vim Majeſtatis, hinc & majori effectu devolvitur ad hæredem, ſub inveſtituræ tamen novatione, qvæ plane non eſt fruſtanea & inanis. Si enim ita eſſet, *ut Monzambano d. l. aſſerit*, vi ejus nihil daretur, nihil ex oppoſito auferretur: Abſurdum eſt poſterius. E.

Qvid enim reſponderit *Monzambano*, qvare Status, ſtrictô qvidem jure, priventur territoriis, ſi peccaverint in pacem publ. contra Imperium & Cæſarem? ut ſat notoriæ ſunt Conſtitution. Imper. de PP. *Maximil. I. Ann. 1495. & 1500. Carol. V. 1521. 1522. Maximil. II. Auguſtæ 1566. 1570. &c.* qvæ pœna ſatis alias obſervata, qvamvis in modo proceſſus qvid deſiderent, hinc exemplis recentioribus parco. Nonne qvòd pacis læſione illud, qvo Imperio & Cæſari aſtricti, lædant vinculum, qvod eſt fidelitatis juramentum, ſub qvô territoria accipiunt, mediante inveſtitura, cujus anima velut illud juramentum, ubi qvidem præſtatur; præſtatur autem à Statibus: Hinc & feloniam, *ſuo modô*, committunt, unde pœna illius reſultat, ſi qvid contra Vaſallagii fidem agunt:

Qvod & ipſi Status agnoſcunt, *modò proceſſus tanti momenti unius non ſubſit arbitrio.* Cæſar enim

mini-

minimè ſibi perſvadeat, dum inveſtitura planè inanis negatur, ex ſuô qvaſi peculio Statibus conferri territoria, pro lubitu repetenda: Hæc non tam ab illô, qvàm ab Imperiô cum ampliſſimâ facultate veniunt, ejusq; intuitu id, qvod ſupereſt in inveſtiturâ, juris durat, unde & illa, caſu ferente, illuc reverſio.

Hæc forſan non ita in Confœderatis: Qvippe parum admitterent Reipubl. jacturam, qvi læderent tranqvillitatem fœderis. Objiciat fortè Monzambano, *c.5.§. ult.* qvid ſi per conventionem pœnam iſtam Fœderati ponerent? Rara videtur hæc conventio, raro executio. Vel concedatur nonnunqvam: Monzambano inde non evincet, inter Status vi conventionis ſaltim & idem ſtatutũ.

Dicta pœna pro cauſâ conſtituente qvidem laudare poſſit conventionem Comitialem Cæſaris & Statuum; fundamentum tamen & cauſa movens eſt extrinſecè Pacis Publ. intrinſecùs autem illius juramenti læſio, qvæ ſvadebat auferri, qvod qvis ſub juratô inveſtituræ vinculô acceperat, hoc tamen violaverat.

Ulterius; ſi inveſtitura nihil conferret, Statuum territoria, familiis extinctis, vel cederent occupanti, vel novum Principem per ſubditorum electionem acciperent, non autem redirent ad Imperium. Poſterius eſt abſurdum. E. Nam redeunt omninò ad Imperium, qvia per inveſtituram, ſuo modô, ab Imperio veniunt; id qvod maximum argumentum, inveſtituram qvid conferre.

Sed

Sed hîc Monzambano finget forſan Pactas. Reſp. Per pacta confraternitatis & alia territoria tranſcribuntur Statibus aliis ſaltim, non Imperio, qvod propter collationem & inveſtituram jure caduci iſta recipit. *Confirmat hoc Capitulat. Carol. V. artic. 24. Ferd. II. art. 28. Ferd. III. art. 32. & Leopold. art. 30.* Hæc principia ex interiori Germaniæ aſpectu deducta, fallor, aut pluris ſunt, qvàm qvæ Monzambano ab externis & factô interdum petit.

V. Aſt nondum Autori dicto ſatisfactum: Nam *d. c. 5. §. 28.* pergit: *Juramentum fidelitatis intelligitur ſalvis cujusq; juribus, & ſocios qvoq; invicem juramenti vinculo adſtringi tralatitium eſt.* Sed ſic non obſcurè confundit juramenta fœderis & fidelitatis: qvaſi utriusqve par ratio & effectus: Eſſet idem, ſi dicerem; Juramentum homagii ſive ſubditorum intelligitur ſalvis eorum juribus, & ſocios qvoq; invicem juramenti vinculô aſtringi tralatitiũ; Qvænam hæc illatio? Oedipo forſan non opus.

Ejusdem ferè roboris & illud qvod habet *c. VI. §. 9. verb: Imò ſi tollas mutuam illam inter Imperatorem & Ordines renitentiam, jam erit reverà & Germania corpus aliqvod ſeu ſyſtema ſociorum inæqvali fœdere nexorum; ideò qvòd Ordines qvi vocantur, comiter colere & reverentiâ proſeqvî Cæſarem teneantur.*

Aſſertum & ratio ceſpitant: Illud exinde; qvòd iſtâ renitentiâ Cæſar majorem potentiam, vel ſaltim certam præſentis, poſſeſſionem; Status contrà majorem libertatem, aut jam qvæſitæ firmitatem ſibi qværant: Tollantur nunc hæc ſtudia;

dia; Germania erit tranqvilla, Cæſar & Status ſuis, qvas habent in Republ. partibus contenti, minùs concutiuntur, qvod inter illos eſt, vinculum, *de qvo c. c. n. 43.*

VI. Oſtendat igitur Monzambano fœdus, qvod nec per ſuprà poſitam rationem poterit, *v. n. 5. h. c.* Conſtabit enim ipſi ex Romanâ antiqvitate, qvorſum & *d.c.6.§.9.* provocat, qvid ſit *comiter* colere inter Principes & Respubl. Nimirum ubi unus, alteri non obnoxius, ob inæqvales vires, alium potentiorem ſuſpicit & veneratur, vel cum vel ſine fœdere nullo inſuper ad illum habito reſpectu.

Plus ſanè in Statibus, qvi jurant Imperio & Cæſari treu und hold/ imò gehorſam zu ſeyn. Hoc autem juramentum, ſtricti licet ubiq; non ſit roboris, plus tamen habet, qvàm comis obſervantia, qvæ voluntaria, & in illo, qvi abſolutus aliàs.

VII. Hîc ſe interponeret *Cl. Pufendorfius, Monzambano interpres, vid. tamen illius Apolog. contr. Autor. Indic. Tractat. de Republ. Irregular. §. 14. verb: Cæterùm ex ſuperioribus id qvoq; conſtare poteſt, fruſtrà eſſe, qvæ contra Severinum circa fœdus diſputantur. Ipſius enim mens non eſt, Rempubl. Germanicam fœdere expreſſè contineri; Sed id duntaxat vult, vinculum civile eo usq; degeneraſſe, ut vix virium plus habeat, qvam fœdus aliqvod ſyſtematicum ſociorum inæqvalium.*

Sed videamus illam Germaniæ παρέκβασιν *add. Ariſtotel. 4. Polit. 8.* ſive vinculi civilis degenerationem, qvô Pufendorfii conſtet interpreta-

tio:

tio: Imperii qvondam vinculum verè Monarchicum; Statibns pòſt in partes Reipubl. admiſſis, illud neceſſariò laxatũ, dum iſti ſubjectumMajeſtatis augerent; non tamen eò usqve remiſit, ut corpori non majori, qvàm fœderis nexu, illi amplius juncti.

Nam ubi facta primùm laxatio, vinculô Vaſallorum, non ſubditorum, Ordines ſtrictè retenti Imperiô: Poſtmodum & hic paulatim ſe laxavit nexus, in qvibusdam tamen ſaltim effectibus, v. c. ſervitiis feudalibus; non autem planè deſiit, aut ad fœdus usq; degeneravit: qvippe reſtat illius intrinſeca ratio, qvæ reverà contradiſtingvitur vinculo fœderis; *ut ſatis liqvet ex n. 2. & 4. h. c.*

Vaſallus enim qvaliscunq; demum, propter inveſtituram aliaq; inde venientia, neceſſariò diſpar fœderato; qvamvis unam interdum præferant imaginem. Unde nullum rei judicium. *conf. d. n. h. c.* πολιτικώτατ: *à Seckendorf:* Teutſcher Fürſten-Staat *P. 2. c. 2.*

VIII. Apparet, fateor, fœderis ſimulacrum in externa Imperii facie, maximè ſi qvis membrorum attendat ſtudia & facta; eorum territoria, renitentiam & ut ſeorſim ſibi tendunt: Aſt ab externis & illis qvæ interdum facti magis, qvam juris ſunt, incerta Reipubl. cenſura: Intrinſecus nexus, Majeſtatis ſubjectum, & Lex fundamentalis ſpectanda.

Deſideret qvis fortè rationem, qvare tales formas Germaniæ imponunt Scriptores, modò apparens qvoddam habeant fundamentum? Sed

in id infrà inqviretur. Operoſus inſuper eſt *Pufendorf. d. Tract. & §. ſeq.* in refellendis aliorum principiis, qvibus fœdus deſtruere laborant; Illa verò hic mea non fecerim; cùm & mihi qvoddam ſit, qvod illis in ſupplementum adjungere poſſem, qvô tamen ſolô ea, qvæ hactenus dixi, aſtruere non intendo;

Eſt enim, qvod forſan poſſent alii reponere. Nihilominus afferam: In fœdere, qvà tali, non eſt accuratè Majeſtas; Sed eſt in ſingulis fœderatis, qvia fœdus non plus ſingulis in poteſtate dat, qvàm ante habuerant; univerſis autem addit robur & autoritatem ob vires unitas:

Nam fœderis negotia attenduntur, ob ſingulorum Majeſtatem, qvæ per fœdus in exercitio videtur una & communis, utut ratione exiſtentiæ ſit in ſingulis. In Germaniâ verò, qvà tali, ſc. univerſim ſumptâ, eſt Majeſtas, qvæ non detur in ſingulis, ut talibus, verùm univerſis. Et in hoc non malè diſcrimen unius & fœderatæ Reipubl. dari poſſit. qvamvis & latè idem forſan extorqveri poſſit in fœdere.

CAP. VI.

De Republ. Irregulari & Monſtroſâ.

I.

NUlla hactenus ex formis adductis ſat apta Germaniæ: Irregularis igitur aut Monſtroſa fuerit, ut videtur cenſoribus.

Pufendorfius d. Tractat. de Republ. Irregulari §.6. ſic progreditur, verb: Ita commodiùs nobis, & ad doctrinam

ctrinam planius, ſimulq́; ad demonſtranda in certis Rebuspubl. quædam quaſi phænomena, expeditius videtur, ſi Reſpubl. in univerſum dividamus in ſimplices & compoſitas. Ad compoſitas referimus ſyſtemata Civitatum. Simplices iterum diſpeſcere libebit in regulares & irregulares; (quanquam & hæc diſtinctio ad ſyſtemata applicari poteſt.) Regulares ſunt tres illæ notiſſimæ civitatum ſpecies, ex ſubjecto ſummi Imperii propriô reſultantes. Quibus ſæpè accidunt παρεκβάσεις & morbi, per quos non tam forma intrinſecè alteratur, quam modus adminiſtrandi vitiatur. Si quæ ſuperſint, quæ ad neutram harum claſſium quadrent, inter irregulares numerandæ ſunt. Cæterùm irregularium reip. formarum neq́; certus iniri numerus, neq́; certæ conſtitui ſpecies queunt, propter magnam varietatem, quæ hic reipſa occurrere, aut animo fingi poteſt. &c. Sic ille *d. §. 6.*

Poſtmodum dubitans velut de diſtinctione *§. 7.* pergit: *Verum præſtiterat in ſingulari aliquo exemplô naturam irregularitatis rimari, ne quis fruſtrà fingi cavilletur, quæ nunquam reipſa exiſterent; modò inveniri ita facilè poſſit Reſpubl. quæ irregularem ſe agnoſcere aut pro tali ſe haberi velit. Sanè in Imperii Germanici Statu aliquid irregulare latere, nonnulli viri haut quicquam rerum imperiti dudum judicarunt. &c.* Sic avthent. ejus verba erant adducenda.

II. Perſvaſus ille hactenus Auctor, ſe rem brevibus expediiſſe, quod tamen diſpiciendum. Diſtinctio quidem in Reſpubl. ſimplices & compoſitas probanda, non ſubdiſtinctio ſimplicium in

regulares & irregulares, qvia plus ex ingeniô habet, qvàm verò: nec malè imperfecta dicendadum Respubl. qvæ non unam ex tribus ſimplicibus referunt, inter morbidas & irregulares reponit; eas verò regulares aſſerens, qvæ vel purè Monarchicæ, Ariſtocraticæ aut Democraticæ fuerunt qvamvis nec vera concinnaqve fœdera excludat *v. n. 1. h. c.*

Hanc ſuam ſententiam haut dubiè ex illô ducit principiô: Omnes inter gentes aut unus aut plures, aut omnes imperant: qvaſi tres illa ſimplices Rerumpubl. formæ tantùm eſſent optimæ, regulares, qvia regulæ aptæ; cæteræ irregulares, morboſæ.

III. Aut igitur illa regula eſt imperfecta aut continet etiam Respubl. licèt non planè ſimplices, qvas vocant irregulares: Prius; ſunt enim & fuerunt optimæ Respubl. nec confœderatæ, nec ad unum ejus regulæ membrum ſimpliciter pertinentes; non tamen morboſæ aut irregulares habitæ, qvin potius laudatæ, vel ab ipſo Ariſtotel. *2. Polit. 10.* qvod maximum argumentum, non fuiſſe irregulares aut morboſas, lice qvodammodò ab iſtâ regulâ deflecterent. *ut infr. pluribus.*

Poſterius; Ejusmodi Respubl. ab uno regulæ ſimplici membro recedentes paulatim ad alterum, & ſic ex utroqve ſuam contemperantes formam, omninò à regulâ propriè non diſcedunt ſed ſaltim à ſimplici ejus membro ad aliud jun

ctim

ctim; qvàm benè igitur Puſendorf. dixerit irregulares? Qvod enim verè irregulare, id contra, id extra regulam. Sed qvod de uno & altero regulæ membro ſimul participat, id revera nec extra nec contra illam, ſed ſub illa conſtituitur, neceſſario igitur regulare, non irregulare: Tales autem ſunt iſtæ Respubl. qvæ ſimul de uno alteroqve regulæ membro participant.

Sic ſi Respubl. Monarchicè & Ariſtocraticè ſimul regitur, qvà formam conſtituitur ſub duobus regulæ membris; neceſſariò ergò eſt in regula, non contra illam, unde minùs irregularis, nedum morbida. Et hæc appoſitè ad Germaniam; Qvam ad ſummum dixerim *irregularem Monarchiam*, non *irregularem Rempubl.* qvæ debebat diſcernere *Puſendorf.*

Illa enim, qvæ à ſimplici uno regulæ membro; Hæc, qvæ planè & in totum à regulâ deflectit: Illa contra præcepta Monarchica; Hæc contra Politica & Rerumpubl. tendit.

IV. Conceſſerim etiam tales Respubl. qvas irregulares dicit, non eſſe merè ſimplices in ſenſu, qvod non de uno ſolùm membro regulæ participent; ſed minùs inde vocarem morboſas aut irregulares, velut ex vitio.

Aliàs morbus ille magis ex regulâ, qvam ex Republ. æſtimaretur. Et juxta hypotheſin iſtam Puſendorf. Solon, rerum civilium ſat gnarus, maximè vituperandus, qvòd Athenienſem Rempubl. dum curavit, morbidam fecerit! Hactenus

Digitized by Google

qvippe ibi Optimatum regimen, & ſic regularis Respubl. Poſtmodum Solon inſigni temperamento, *ut Plutarchus commendat*, populi jus Optimatum in regenda Republ. juri adæqvavit Ariſtocratiam Statu Democratico temperans.

Animadverterat enm populi à regimine excluſi odia in Rempubl. Hinc perpetua invicem diſſidia & tandem ruinam civitatis potiùs metuens, qvàm iſtius regulæ læſionem, populo in Senatu CCCC. & Concione ſimul cum Optimatibus ſummum Reipubl. dedit arbitrium. Sic in effectu & reverà Solon Reipubl. morbum ſuſtulit, qvod & Ariſtotel. laudat *2. Polit.* *10.* ſed juxta Pufendorf. morbum, aſt nomine ſaltim, intulit, dum ex Republ. ſimplici & regulari, irregularem fecerit.

Verùm hoc Pufendorf. perpendat & alii, morbo qvæſito: Athenienſis enim Respubl. tum florentiſſima & civilis prudentiæ boniqve regiminis ſchola gentibus habita. *v. Ubb. Emmius de Republ. Athenienſ. p. 23.*

V. Pariter & Lycurgus, prudens ille Rerumpubl. cenſor & formator, juxta Pufendorf. morbum pro remedio tuliſſet Reipubl. Spartanæ, ubi Regum potentiam imminuit per Ephoros & Senatum, qvi eſſet vinculum qvaſi & temperamentum abſolutæ potentiæ, utut tolleretur forma ſimplex illius Reipubl. qvæ tamen inde non morboſa, non irregularis dicta, ſed alter Græciæ oculus, Græciæ Rerumpubl. compendium & decus, qvamdiu ſubſtitit in iſto temperamento, vel Pufendorfii

morbo.

morbo. *conf. Emm. de Republ. Lacon. pag. 217 ſeq.*

Sic & aliæ qvondam hodieqve florentiſſimæ Respubl. abſolutæ & ſubalternæ maximè per Germaniam compoſitæ, ſat experientiâ doctæ, qvòd ingenuoſus iſte morbus ipſis in effectu optima ſanitas, & contra. Nam Solon, Lycurgus aliiq; magni Politici, qvi didicerunt, qvantum differant, Rempubl. fingere & facere, concipere regulis, & realiter fundare, fundatamq; ſervare, magis attenderunt materiam, qvàm regulam, certi, illam formam ſat eſſe regularem, qvæ tolleret aut impediret morbos, obtineret Reipubl. ſcopum & tranqvillitatem, ſit ad populi ingenium, ad intentionem doctrinæ civilis, temperet extrema iſta ſubjectionem & Imperium, ne altera pars infeſta Reipubl. continuis agatur motibus, usqve violentâ revolutione illam in alium Statum præcipitet.

Hæc autem ubi ſunt, Respubl. optimæ ſunt, nec tamen planè ſimplices, ſed juxta Pufendorf. irregulares, morbidæ; aſt morbus fingitur, non deprehenditur.

VI. Contrà, ſimplices, & qvas vocat regulares, magnas communiter patiuntur convulſiones, dum plurimum ab una in aliam tendunt ſimplicem formam, hinc vitia & tandem ruina, ut ſats ex hiſtoriâ: Raró ſiqvidem Respubl. ſimplicis formæ, diu ita ſteterunt, verùm in continuâ revolutione poſitæ, usqve naufragium fecerint; inſtar omnium ſit Romana.

Commune enim eſt experimentum, Reſpubl. purè Monarchicas, Ariſtocraticas, vel Democraticas ad eventum vix felices & tranqvillas. Illic enim unius pro libidine Imperium plerumq; perditus morbus, in totum ſe corpus diffundit; unde maxima extremorum luctatio: Iſtic pauciorum ſolita inſolentia reliqvos ſpernit; hinc horum jurata contra illos odia, bella pòſt civilia, & tandem Regularis Reipubl. ruina.

Hîc turbidum vulgus majori, qvàm pelagus, æſtu fluctans, tamdiu invicem turbatur, usq; concuſſa ſit navis Reipublicæ, anchora rupta: Qvis igitur in effectu & re ipſa (hinc enim petenda nomina) ejusmodi Reſpubl. meliori ſub nota, Regulares; alias ex oppoſito & vitio Irregulares dixerit? qvum iſtæ magis, qvàm hæ ad morbos & vitia pronæ; unde bonitas, unde regularitas æſtimanda Reipublicæ.

VII. Nunc qvis Soloni, Lycurgo vel aliis objiciat, ex regulari formaſſe irregularem & morboſam Rempubl; Reponent, abi cum pulvere tuo; Politici intentio eſt, ut per formam ſervetur Reſpubl. non regula: Periclitetur hæc, dum illa ſalva ſit, & ita ſat regularis fuerit.

Iſta enim regula à poſteriori nata, natis jam Rebuspubl. qvæ ſi tum aliæ fuiſſent; ſed fuerunt qvidem, non autem accuratè ſatis, vel omnes ſpectatæ; certè à Scholaſticis regula vel aliter concepta, vel tacite ab ipſis & ad temperatas Reſpubl. directa, nî imperfecta velit audire: adeoq; tua di-

diſtin-

ſtinctio inde videtur nata, qvòd ingenio illa Reſpubl. videatur concinnior & ad lineam velut pedantariam magis aſciata, ubi purè unus, qvàm ubi plures ſimul cum illo imperant,&c. Sed iſta eſt viſio Scholaſtica.

Hic pulverem forſan in me conjicient; apportantes Ariſtotelem,qvi & illam probat regulam & conſeqventer diſtinctionem. Verùm tam mordicus eam vix tenuerit Ariſtoteles,ut,qvæ extra illlus membra ſimplicia ſint, irregulares aut morbidas dicat Reſpubl. qvin, ſi penitius attendantur, ſint in regula; vel ab ipſo laudatæ Ariſtotele, ut ſupra in Republ. Athenienſi. *n. 4. h. c. add. 4. Polit. 12.* Aut ſi pariter rigoroſus ſit, dixerim, illum nec formaſſe nec gubernaſſe verè Rempubl.

VIII. Ex præmiſſis porro hoc inferrem,nullam Reipubl. formam in ſe eſſe proprie vitioſam, niſi planè ſit contra finem civitatis: Subjectum enim in qvo Majeſtas,& ex qvo forma reſultat morbum facit in Republ. per affectus morbidos, qvibus tamen forma interdum eſt occaſio,non cauſa, illaq; magis, ut dicitur, regularis & ſimplex, qvàm irregularis:

Hinc unus & plures ſimul, an unus tantum imperet, ex ejusmodi formis per ſe nec regularis nec ſana, nec irregularis nec morbida, dicenda Reſpubl. ſecùs ſi iſti vitioſis imperent affectibus, tunc morbus non tàm ex forma,qvàm formæ ſubjecto hujusqve vitio venit.

Sed excipiat Puſendorf. eò ſibi vocari Reſpubl.

Digitized by Google

dia; Germania erit tranqvilla, Cæſar & Status ſuis, qvas habent in Republ. partibus contenti, minùs concutiuntur, qvod inter illos eſt, vinculum, *de qvò c. c. n. 43.*

VI. Oſtendat igitur Monzambano fœdus, qvod nec per ſuprà poſitam rationem poterit, *v. n. 5. h. c.* Conſtabit enim ipſi ex Romanâ antiqvitate, qvorſum & *d. c. 6. §. 9.* provocat, qvid ſit *comiter* colere inter Principes & Respubl. Nimirum ubi unus, alteri non obnoxius, ob inæqvales vires, alium potentiorem ſuſpicit & veneratur, vel cum vel ſine fœdere nullo inſuper ad illum habito reſpectu.

Plus ſanè in Statibus, qvi jurant Imperio & Cæſari treu und hold/ imò gehorſam zu ſeyn. Hoc autem juramentum, ſtricti licet ubiq; non ſit roboris, plus tamen habet, qvàm comis obſervantia, qvæ voluntaria, & in illo, qvi abſolutus aliàs.

VII. Hîc ſe interponeret *Cl. Puſendorfius, Monzambano interpres, vid. tamen illius Apolog. contr. Autor. Indic. Tractat. de Republ. Irregular. §. 14. verb: Cæterùm ex ſuperioribus id qvoq; conſtare poteſt, fruſtrà eſſe, qvæ contra Severinum circa fœdus diſputantur. Ipſius enim mens non eſt, Rempubl. Germanicam fœdere expreſſè contineri; Sed id duntaxat vult, vinculum civile eo usq; degeneraſſe, ut vix virinm plus habeat, qvam fœdus aliqvod ſyſtematicum ſociorium inæqvalium.*

Sed videamus illam Germaniæ παρέκβασιν *add. Ariſtotel. 4. Polit. 8.* ſive vinculi civilis degenerationem, qvô Puſendorfii conſtet interpretatio:

tio: Imperii qvondam vinculum verè Monarchicum; Statibus pòſt in partes Reipubl. admiſſis, illud neceſſariò laxatũ, dum iſti ſubjectum Majeſtatis augerent; non tamen eò usqve remiſit, ut corpori non majori, qvàm fœderis nexu, illi amplius juncti.

Nam ubi facta primùm laxatio, vinculô Vaſallorum, non ſubditorum, Ordines ſtrictè retenti Imperiô: Poſtmodum & hic paulatim ſe laxavit nexus, in qvibusdam tamen ſaltim effectibus, v. c. ſervitiis feudalibus; non autem planè deſiit, aut ad fœdus usq; degeneravit: qvippe reſtat illius intrinſeca ratio, qvæ reverà contradiſtingvitur vinculo fœderis; *ut ſatis liqvet ex n. 2. & 4. h. c.*

Vaſallus enim qvaliscunq; demum, propter inveſtituram aliaq; inde venientia, neceſſariò diſpar fœderato; qvamvis unam interdum præferant imaginem. Unde nullum rei judicium. *conf. d. n. h. c. πολιτικώτατ: à Seckendorf.* Teutſcher Fürſten-Staat *P. 2. c. 2.*

VIII. Apparet, fateor, fœderis ſimulacrum in externa Imperii facie, maximè ſi qvis membrorum attendat ſtudia & facta; eorum territoria, renitentiam & ut ſeorſim ſibi tendunt: Aſt ab externis & illis qvæ interdum facti magis, qvam juris ſunt, incerta Reipubl. cenſura: Intrinſecus nexus, Majeſtatis ſubjectum, & Lex fundamentalis ſpectanda.

Deſideret qvis fortè rationem, qvare tales formas Germaniæ imponunt Scriptores, modò apparens qvoddam habeant fundamentum? Sed

in id infrà inqviretur. Operoſus inſuper eſt *Pufendorf. d. Tract. & §. ſeq.* in refellendis aliorum principiis, qvibus fœdus deſtruere laborant; Illa verò hic mea non fecerim; cùm & mihi qvoddam ſit, qvod illis in ſupplementum adjungere poſſem, qvô tamen ſolô ea, qvæ hactenus dixi, aſtruere non intendo;

Eſt enim, qvod forſan poſſent alii reponere: Nihilominus afferam: In fœdere, qvà tali, non eſt accuratè Majeſtas; Sed eſt in ſingulis fœderatis, qvia fœdus non plus ſingulis in poteſtate dat, qvàm ante habuerant; univerſis autem addit robur & autoritatem ob vires unitas:

Nam fœderis negotia attenduntur, ob ſingulorum Majeſtatem, qvæ per fœdus in exercitio videtur una & communis, utut ratione exiſtentiæ ſit in ſingulis. In Germaniâ verò, qvà tali, ſc. univerſim ſumptâ, eſt Majeſtas, qvæ non detur in ſingulis, ut talibus, verùm univerſis. Et in hoc non malè diſcrimen unius & fœderatæ Reipubl. dari poſſit. qvamvis & latè idem forſan extorqveri poſſit in fœdere.

CAP. VI.

De Republ. Irregulari & Monſtroſâ.

I.

NUlla hactenus ex formis adductis ſat apta Germaniæ: Irregularis igitur aut Monſtroſa fuerit, ut videtur cenſoribus.

Pufendorfius d. Tractat. de Republ. Irregulari §. 6. ſic progreditur, verb: Ita commodius nobis, & ad doctrinam

ctrinam planius, ſimulq; ad demonſtranda in certis Rebuspubl. quædam quaſi phænomena, expeditius videtur, ſi Respubl. in univerſum dividamus in ſimplices & compoſitas. Ad compoſitas referimus ſyſtemata Civitatum. Simplices iterum diſpeſcere libebit in regulares & irregulares; (quanquam & hæc diſtinctio ad ſyſtemata applicari poteſt.) Regulares ſunt tres illæ notiſſimæ civitatum ſpecies, ex ſubjecto ſummi Imperii propriô reſultantes. Quibus ſæpè accidunt παρεκβάσεις *& morbi, per quos non tam forma intrinſecè alteratur, quam modus adminiſtrandi vitiatur. Si quæ ſuperſint, quæ ad neutram harum claſſium quadrent, inter irregulares numerandæ ſunt. Ceterùm irregularium reip. formarum neq; certus iniri numerus, neq; certæ conſtitui ſpecies queunt, propter magnam varietatem, quæ hic reipſa occurrere, aut animo fingi poteſt. &c.* Sic ille d. *§. 6.*

Poſtmodum dubitans velut de diſtinctione *§. 7.* pergit: *Verum præſtiterat in ſingulari aliquo exemplô naturam irregularitatis rimari, ne quis fruſtrà fingi cavilletur, quæ nunquam reipſa exiſterent; modò inveniri ita facilè poſſit Respubl. quæ irregularem ſe agnoſcere aut pro tali ſe haberi velit. Sanè in Imperii Germanici Statu aliquid irregulare latere, nonnulli viri haut quicquam rerum imperiti dudum judicarunt. &c.* Sic avthent. ejus verba erant adducenda.

II. Perſvaſus ille hactenus Auctor, ſe rem brevibus expediiſſe, qvod tamen diſpiciendum. Diſtinctio qvidem in Respubl. ſimplices & compoſitas probanda, non ſubdiſtinctio ſimplicium in

regulares & irregulares, qvia plus ex ingeniô habet, qvàm verò: nec malè imperfecta dicendadum Respubl. qvæ non unam ex tribus ſimplicibus referunt, inter morbidas & irregulares reponit; eas verò regulares aſſerens, qvæ vel purè Monarchicæ, Ariſtocraticæ aut Democraticæ fuerunt qvamvis nec vera concinnaqve fœdera excludat *v. n. 1. h. c.*

Hanc ſuam ſententiam haut dubiè ex illô ducit principiô: Omnes inter gentes aut unus aut plures, aut omnes imperant: qvaſi tres illæ ſimplices Rerumpubl. formæ tantùm eſſent optimæ, regulares, qvia regulæ aptæ; cæteræ irregulares, morboſæ.

III. Aut igitur illa regula eſt imperfecta aut continet etiam Respubl. licèt non planè ſimplices, qvas vocant irregulares: Prius; ſunt enim & fuerunt optimæ Respubl. nec confœderatæ, nec ad unum ejus regulæ membrum ſimpliciter pertinentes; non tamen morboſæ aut irregulares habitæ, qvin potius laudatæ, vel ab ipſo Ariſtotel. *2. Polit. 10.* qvod maximum argumentum, non fuiſſe irregulares aut morboſas, licet qvodammodò ab iſtâ regulâ deflecterent. *ut infr. pluribus.*

Poſterius; Ejusmodi Respubl. ab uno regulæ ſimplici membro recedentes paulatim ad alterum, & ſic ex utroqve ſuam contemperantes formam, omninò à regulâ propriè non diſcedunt ſed ſaltim à ſimplici ejus membro ad aliud jun-

ctim

ctim; qvàm benè igitur Puſendorf. dixerit irregulares? Qvod enim verè irregulare, id contra, id extra regulam. Sed qvod de uno & altero regulæ membro ſimul participat, id revera nec extra nec contra illam, ſed ſub illa conſtituitur, neceſſario igitur regulare, non irregulare: Tales autem ſunt iſtæ Respubl. qvæ ſimul de uno alteroqve regulæ membro participant.

Sic ſi Respubl. Monarchicè & Ariſtocraticè ſimul regitur, qvà formam conſtituitur ſub duobus regulæ membris; neceſſariò ergò eſt in regula, non contra illam, unde minùs irregularis, nedum morbida. Et hæc appoſitè ad Germaniam; Qvam ad ſummum dixerim *irregularem Monarchiam*, non *irregularem Rempubl.* qvæ debebat diſcernere *Puſendorf.*

Illa enim, qvæ à ſimplici uno regulæ membro; Hæc, qvæ planè & in totum à regulâ deflectit: Illa contra præcepta Monarchica; Hæc contra Politica & Rerumpubl. tendit.

IV. Conceſſerim etiam tales Respubl. qvas irregulares dicit, non eſſe merè ſimplices in ſenſu, qvod non de uno ſolùm membro regulæ participent; ſed minùs inde vocarem morboſas aut irregulares, velut ex vitio.

Aliàs morbus ille magis ex regulâ, qvam ex Republ. æſtimaretur. Et juxta hypotheſin iſtam Puſendorf. Solon, rerum civilium ſat gnarus, maximè vituperandus, qvòd Athenienſem Rempubl. dum curavit, morbidam fecerit! Hactenus

qvippe ibi Optimatum regimen, & ſic regularis Respubl. Poſtmodum Solon inſigni temperamento, *ut Plutarchus commendat*, populi jus Optimatum in regenda Republ. juri adæqvavit Ariſtocratiam Statu Democratico temperans.

Animadverterat enm populi à regimine excluſi odia in Rempubl. Hinc perpetua invicem diſſidia & tandem ruinam civitatis potiùs metuens, qvàm iſtius regulæ læſionem, populo in Senatu CCCC. & Concione ſimul cum Optimatibus ſummum Reipubl. dedit arbitrium. Sic in effectu & reverà Solon Reipubl. morbum ſuſtulit, qvod & Ariſtotel. laudat *2. Polit.* *o.* ſed juxta Pufendorf. morbum, aſt nomine ſaltim, intulit, dum ex Republ. ſimplici & regulari, irregularem fecerit.

Verùm hoc Pufendorf. perpendat & alii, morbo qvæſito; Athenienſis enim Respubl. tum florentiſſima & civilis prudentiæ boniqve regiminis ſchola gentibus habita. *v. Ubb. Emmius de Republ. Athenienſ. p. 23.*

V. Pariter & Lycurgus, prudens ille Rerumpubl. cenſor & formator, juxta Pufendorf. morbum pro remedio tuliſſet Reipubl. Spartanæ, ubi Regum potentiam imminuit per Ephoros & Senatum, qvi eſſet vinculum qvaſi & temperamentum abſolutæ potentiæ, utut tolleretur forma ſimplex illius Reipubl. qvæ tamen inde non morboſa, non irregularis dicta, ſed alter Græciæ oculus, Græciæ Rerumpubl. compendium & decus, qvamdiu ſubſtitit in iſto temperamento, vel Pufendorfii

morbo.

morbo. *conſ. Emm. de Republ. Lacon. pag. 217 ſeq.*

Sic & aliæ qvondam hodieqve florentiſſimæ Respubl. abſolutæ & ſubalternæ maximè per Germaniam compoſitæ, ſat experientiâ doctæ, qvòd ingenuoſus iſte morbus ipſis in effectu optima ſanitas, & contra. Nam Solon, Lycurgus aliiq; magni Politici, qvi didicerunt, qvantum differant, Rempubl. fingere & facere, concipere regulis, & realiter fundare, fundatamq; ſervare, magis attenderunt materiam, qvàm regulam, certi, illam formam ſat eſſe regularem, qvæ tolleret aut impediret morbos, obtineret Reipubl. ſcopum & tranqvillitatem, ſit ad populi ingenium, ad intentionem doctrinæ civilis, temperet extrema iſta ſubjectionem & Imperium, ne altera pars infeſta Reipubl. continuis agatur motibus, usqve violentâ revolutione illam in alium Statum præcipitet.

Hæc autem ubi ſunt, Respubl. optimæ ſunt, nec tamen planè ſimplices, ſed juxta Pufendorf. irregulares, morbidæ; aſt morbus fingitur, non deprehenditur.

VI. Contrà, ſimplices, & qvas vocat regulares, magnas communiter patiuntur convulſiones, dum plurimum ab una in aliam tendunt ſimplicem formam, hinc vitia & tandem ruina, ut ſats ex hiſtoriâ: Raró ſiqvidem Respubl. ſimplicis formæ, diu ita ſteterunt, verùm in continuâ revolutione poſitæ, usqve naufragium fecerint; inſtar omnium ſit Romana.

Commune enim eſt experimentum, Respub
purè Monarchicas, Ariſtocraticas, vel Democrat
cas ad eventum vix felices & tranqvillas. Illic e
nim unius pro libidine Imperium plerumq; perd
tus morbus, in totum ſe corpus diffundit; unde ma
xima extremorum luctatio: Iſtic pauciorum ſolit
inſolentia reliqvos ſpernit; hinc horum jurat
contra illos odia, bella pòſt civilia, & tandem Re
gularis Reipubl. ruina.

Hîc turbidum vulgus majori, qvàm pelagu
æſtu fluctans, tamdiu invicem turbatur, usq; con
cuſſa ſit navis Reipublicæ, anchora rupta: Qvis ig
tur in effectu & re ipſa (hinc enim petenda nom
na) ejusmodi Respubl. meliori ſub nota, Regula
res; alias ex oppoſito & vitio Irregulares dixerit
qvum iſtæ magis, qvàm hæ ad morbos & vit
pronæ; unde bonitas, unde regularitas æſtimar
da Reipublicæ.

VII. Nunc qvis Soloni, Lycurgo vel ali
objiciat, ex regulari formaſſe irregularem & mo
boſam Rempubl. Reponent, abi cum pulvere tu
Politici intentio eſt, ut per formam ſervetur Re
publ. non regula: Periclitetur hæc, dum illa ſalv
ſit, & ita ſat regularis fuerit.

Iſta enim regula à poſteriori nata, natis ja
Rebuspubl. qvæ ſi tum aliæ fuiſſent; ſed fueru
qvidem, non autem accuratè ſatis, vel omnes ſp
ctatæ; certè à Scholaſticis regula vel aliter conce
pta, vel tacite ab ipſis & ad temperatas Respub
directa, nî imperfecta velit audire: adeoq; tua d
diſti

ſtinctio inde videtur nata, qvòd ingenio illa Respubl. videatur concinnior & ad lineam velut pedantariam magis aſciata, ubi purè unus, qvàm ubi plures ſimul cum illo imperant,&c. Sed iſta eſt viſio Scholaſtica.

Hic pulverem forſan in me conjicient; apportantes Ariſtotelem,qvi & illam probat regulam & conſeqventer diſtinctionem. Verùm tam mordicus eam vix tenuerit Ariſtoteles,ut,qvæ extra illlus membra ſimplicia ſint, irregulares aut morbidas dicat Respubl. qvin, ſi penitius attendantur, ſint in regula; vel ab ipſo laudatæ Ariſtotele, ut ſupra in Republ. Athenienſi. *n. 4. h. c. add. 4. Polit. 12.* Aut ſi pariter rigoroſus ſit, dixerim, illum nec formaſſe nec gubernaſſe verè Rempubl.

VIII. Ex præmiſſis porro hoc inferrem,nullam Reipubl. formam in ſe eſſe proprie vitioſam, niſi planè ſit contra finem civitatis: Subjectum enim in qvo Majeſtas,& ex qvo forma reſultat morbum facit in Republ. per affectus morbidos, qvibus tamen forma interdum eſt occaſio,non cauſa, illaq; magis, ut dicitur, regularis & ſimplex, qvàm irregularis:

Hinc unus & plures ſimul, an unus tantum imperet, ex ejusmodi formis per ſe nec regularis nec ſana, nec irregularis nec morbida, dicenda Respubl. ſecùs ſi iſti vitioſis imperent affectibus, tunc morbus non tàm ex forma,qvàm formæ ſubjecto hujusqve vitio venit.

Sed excipiat Pufendorf. eò ſibi vocari Respubl.

 irre-

irregulares aut morboſas, qvod uni ejus regulæ membro non accedant: cui *ſupra h. c. n. 3.* jam reſponſum, tanti iſtam regulam non eſſe, ut omnes Respubl. regulares exhauriat membris iſtis ſimplicibus; niſi hæc conjungas nonnunqvam, tunc autem ortæ Respubl. qvas vocat irregulares, ſunt in regulâ, adeòq; meliùs regulares dicendæ.

IX. Excipiat inſuper; irregularitas illa æſtimatur ex inconcinna iſtarum Rerump. adminiſtratione & actione. Dixerim nihil in Republ. verè inconcinnum, qvod tutum, præcipitis imperii obſtaculum, & ad intentionem doctrinæ civilis; ex tarditate licet nonnunqvam incommoda habeat, qvæ compenſantur in aliis. *v. c. 6. n. 3.* & qvot qvæſo ex facilitate conſultandi & agendi non raro pericula in ſimplici regno? Ejusdem opinionis cum Pufend. hic Monzambano, niſi qvòd ferè monſtrum faciat Germaniã; qvaſi illæ Respubl. ſtatim eſſent monſtroſæ, qvæ ad Monzambano regulam aptari neqveunt & ingenium, ſc. qvòd nec verè fœderatæ, nec purè Monarchicæ ſint vel Ariſtocraticæ aut Democraticæ;

Cujus enim roboris hæc collectio, ex hactenus adductis patet fundamentis, qvibus æqvè ſubvertitur monſtrum aut irregularitas, ne crambem repetam: ſic ſaltim ſubſumam, Respubl. Athenienſis & Spartana, in laudabili iſto temperamento, nec verè fœderatæ; nec purè Monarchicæ vel Ariſtocratic. aut Democraticæ: E. monſtroſæ; poſterius abſurdum. *conf. dict. n. 3. 4. 5. ſeq. h. c.*

X.

X. Re verò breviter defuncturus, diſtingverem Respubl. in Separatas & Sociatas: Illæ in individuo; hæ in ſyſtemate ſpectantur: Separatas ſubdiſtingverem in Puras & Temperatas. Puræ ſunt, ubi Respubl. vel purè Monarchica, vel Democratica, ſeu ubi unus, vel plures, vel omnes tantum Majeſtatis ſubjectum faciant, ſine aliorum concurrentia:

Temperatæ, ubi Monarchia per Ariſtocratiam, vel hæc per Democratiam; aut per hanc illa mitigantur, ita ut plura hic ſint Majeſtatis ſuppoſita, duabus ad minimum claſſibus in participatione, ſibi qvodammodo contradiſtincta, & in juribus Reipubl. ſimul, vel ſeparatim exercendis, una alteri robur aut impedimentum: Inter has autem formas qvædam in adminiſtrando & agendo promptiores, qvædam & ad vitia proniores, & contrà. Qvædam revolutionibus magis, qvædam minus obnoxiæ: illud in Puris; hoc in Temperatis. Placeant aliis ſua monſtra & diſtinctiones; qvod mihi viſum, expoſui, pridem in Rebuspubl. obſervatum, ſi non in terminis.

CAP. VII.

De Republ. Temperatâ.

I. RElictis tandem monſtris & illis Rerumpubl. morbis, Germania deducitur ad formas Temperatas, qvæ qvid, & an irregulares ſint, *cap. VI.* oſtenſum. Hic diſpiciendū, qvomodo temperamentum illud introductum. Carolus M. inexhauſto Martis robore Germaniam unum corpus, ſe

verò

verò unum ejus fecerat Principem. Forma iſta non ad Germaniæ genium: Ingentia Procerum pectora, libertati nata, novo adeoqve minus durabili exemplo, unius flectebat imperium.

Datâ hinc, ut ſolet, qvacunq; occaſione, ardor ille ad libertatẽ, hactenus preſſam, magis aſpirabat, usqve dum tacita revolutione Germania ad ſuam, unde deducta, formam ex parte redierat; Proceribus ſic admiſſis ad clavum Reipubl. hanc enim illorum excluſio, ad eventum tranqvillam polliceri non poterat: Repetituri qvippe, vel cum convulſione, qvod qvondam ſub libertate habuerant: Non abſonum rati, ſi & illi adminiſtrando qvid poſſint, qvorum maximè referat, ſalvam eſſe Rempubl. ne unius periculoſum arbitrium, irreparabili interdum damno, cogerentur ſuſpicere.

Hinc illa Monarchiæ per Ariſtocratiam temperatio, hinc temperata Germaniæ forma.

II. Ne igitur ſumma unius poteſtas ad extrema degeneret, obex eſt Ariſtocratica libertas; ne hæc in effrenem eat licentiam, impedit illa. Tale contemperamentum Reſpubl. ſecuras reddit à præruptis conſiliis, violentis revolutionibus aliisqve maximis malis, qvibus proximæ ſunt puræ Respubl. Qvid ergò illîc morbi, qvid irregulare?

Nulla qvidem ſine nævis Respubl. propter vitioſitatem materiæ; in comparatione tamen, qvæ minus morborum concipit, minus irregularis & morbida audit; qvod & *Plato de Legib. Dialog. III.* probat; ubi Temperata vocat Optima: Hinc

Hinc illa verba: Die löbliche Harmonie, zwiſchen Haupt und Gliedern iſt eine Mäſſigung beydes der Gewalt und Freyheit im heiligen Reiche Teutſcher Nation. Patet nunc Germaniæ forma, patet eam non eſſe puram & unam, ſed ex Monarchiâ & Ariſtocratia æqvaliter ferè, ſi maxima Reipubl. negotia reſpicis, contemperatam.

III. Sed hîc qvis mihi objiciat: Unius rei non ſunt plures formæ. Regula illa, ſiqvidem ſit certa, non attenditur in formis accidentalibus, qvæ hic tractantur. Objiciat & *Bodinus*, qvæ qvondam Venetæ formæ objecit: Ex duabus Reipubl. adminiſtrationibus, qvæ differunt ſpecie, nihil optimum conflari poteſt.

Diſtingverem inter illas ſpecies, an planè & qvidem in fine Reipubl. ſibi contrariæ, an minùs: Priori modo qvid conceſſerim; non poſteriori, qvo refertur Germania. Cætera qvæ habet, argumenta deſtruxit *Donat. Jannat. in Not. ad Form. Reip. Venet. unde nihil adſcribam. add. Ariſtot. 4. Polit. 8.* Objiciant inſuper, Germania qvidem habet temperamenta, ſed varia ſimul impedimenta, eſt lenta in conſiliis, actionibus, concordia, defenſione & acqviſitione, & ad ſubigendum non difficilis.

Aſt qvæcunqve forma habet ſua mala. Sit lenta, modo non nimis, Germania conſultando & agendo, jungendoqve robore; illam poſtmodum tarditatem maturâ gravitate & inex-

hauſtis

hauſtis viribus compenſat ; qvod maximum virilis & graviſſimæ Reipubl. indicium, ne ſubitanea conſilia & conatus cum inani effectu redeant & pœnitentiâ : Concordia non qvidem omnibus ineſt, nec tamen deeſt omnibus. Territorii ratio qvippe non ſemper patitur.

Inde verò nemo ſibi perſvadeat ruinam & diſtractionem Germaniæ : Communis patriæ metus inteſtina tollit aut ſuſpendit diſſidia. Status qvidem colligunt aurea ova ; externis tamen Gallinis non ſtatim Imperii aperiunt horrea : Hîc enim Aqvilæ nutriuntur.

Plura qvoqve qværere, variis ex cauſis, non eſt Germaniæ ſcopus, ſed tueri præſentia, &, datâ occaſione, recuperare amiſſa : qvod deliberatè qvidem, robuſtè tamen facit, ut vel de præſenti patet ; Si enim non ſubvertantur conſilia, & res, qvibus commiſſa, cum ardore ſerioqve geratur : nam impedimenta ſunt non tàm in principali, qvàm interdum in executore ; Germania certe ſangvineas antiqvi Martis tabulas hoſtibus ſuſpendet, oſtenſura, qvid illa armis & animis horrida Monſtroſi Imperii monſtra valeant. qvippe faſtuoſus Hercules plura ac robuſtiora formidabit Germaniæ capita, qvàm alter ille in Hydra.

Et in hoc maximè penſantur, ſi qvæ ſunt ex temperamento, incommoda ; qvod longè di-

ver-

verſum in ſimplici regnô. Hic enim hoſtili tempore capite unô reſectô, truncus facilè cadit, ſubigitur: Illic unô licet vel altero corpori avulſô capite, plura manebunt, plura reſurgunt: id qvod Germaniæ hoſtis experietur, ſi non expertus.

